Quero an confessus. Et dixit singu. Ange. in l. ff. C. quorum appel. non recip. qđ licet tertius possit appellare pro reo condemnato capitaliter etiam ipso inuito, tamē illud fallit nisi talis reus condemnatus sponte confessus sit crimen ꝛ in eo perseuerauerit. de quibus omnibus latius dixi. in. d. ℌ. diuus antoninus ¶ Potes tamen limitare omnia predicta nisi nullitas processus proueniret ex defectu iurisditionis iudicis: nam tunc confessio partis cōferentis intentum aduersarij non iustificat nec validat processuz. Ita not. in. c. at si clerici. in princi. de iudic. ꝛ in. c. olim. vbi est bonus text. fm do. Abba. ibi extra de rescrip. Ita not. dixit Cardi. Alexand. in. c. dilecto. in. ff. col. in fi. de appella. ꝛ hoc optime poteris addere his que dixi supra in singulari. x. incip. Tu scis ꝛc. Pro qua etiam limitatione facit singu. dictum Ange. in cōsi. suo ccxvij. incip. In causa accusationis producte per Philip. in vlti. col. vbi limitat doctrinam Inno. ꝛ aliorum in. d. c. qualiter ꝛ quādo. habere locum tantum coram iudice ordinario: secus corā delegato. qđ dictum provalde sing. refert ꝛ sequitur do. Augu. de ari. in suis additio. ad Ange. de aret. in tractatu malefi. in verbo, qui iudex addidit. in pe. additio. de quo etiam dixi in repeti. l. fi. C. de proba. in. lvij. charta. circa me. (Pro hoc dicto facit in argu. nota. verbum Abba. in. c. olim ex literis post prin. in ver. ꝛ ex hoc et ex illo text. ꝛc. de rescrip.) Teneas tamen perpetuo menti vnum casum no. in quo sponte confessus non potest ex confessione sua condemnari. qui casus est quando iudex habens in manibus reu criminis dicit sibi, confitearis delictum quia promitto tibi indulgere ꝛ facere tibi gratiā: nam isto casu si reus cōfiteatur delictum nō potest ex confessione sua puniri. Ita singulariter ꝛ mirabiliter dixit Jo. de imo in cōsi. suo. cix. incip. Visa inquisitione: et mouetur iuribus ꝛ rationibus de quibus ibi per eum. qđ maxime procedit si in ipsa confessione non perseuerat. vt ibi. pro quo faciunt dicta per do. Mico. millum in suo reperto. in ver. cōfessio. in ver. cōfessione persuasione aduersarij: de quo feci mentionem. in. l. j. ℌ. questioni. in vlti. col. ff. de questioni. vbi videas. pro quo etiam faciunt dicta per Jas. in. l. error. in. ij. col. in fi. C. de iur. ꝛ facti igno. ꝛ idem qđ dixit Joā. de imo. in. d. consi. dixit do. Paris de puteo in tractatu sindicatus. in. cvij. charta. versicu. Sequitur questio quotidiana. Teneas menti quia als plures audiui ius dicentes facere talem promissionem reis. Et istud addere poteris dictis supra in singulari. clxxvij. incip. malicijs hominuz ꝛ alia requisita in cōfessione vt preiudicet cōfitenti in criminalibus. vide per me in l. j. in prin. in. vj. char. ff. de questioni. ꝛ in repe. mea rubri. C. de probatio. in materia confessionis.

202 ¶ Tu scis regulam illam satis vulgatam vez qđ confessio facta absente parte non plene probat de qua. in. l. certum. ℌ. si quis absente. ff. de confes. ꝛ in. l. fi. ff. de interroga. actio. cum simi. Attamen aliqui sunt casus in quibus talis confessio plene probat. vn⁹ est casus multum singularis in quo talis confessio facta absente parte plene probat qui casus est in solutione alicui facta vtputa Titius erat debitor ex instrumento Sempronij in certa quantitate. ꝛ Sēpronius confitetur in absentia ipsius Titij debitor isse esse solutum ꝛ sibi esse satisfactum ab ipso Titio, tunc talis confessio licet sit facta in absentia partis tamen plene probat talem solutionem ꝛ repellit contrariam presumptionem. Ita sing. dixit Bal. in cōsi. suo. xlj. incip. In primis ꝛc. in. v. volu. qđ est singu. no. ad limitationem dicte regule. Et idem dixit do. Joā. bap. de sancto Seue. in repe. l. admonendi. in. xix. charta. in. ij. colū. in fi. ff. de iureiur. (Et Alexā. in cōsi. ccxlv. incip. ponderatis ꝛc. in vlti. col. in. vj. volu. ꝛ in cōsi. cxv. incip. visa scriptura. in. j. col. in. vij. volu.) Et scias etiam qđ licet talis cōfessio facta parte absente non plene probet tamē probat semiplene. Ita dixit Bart. in. l. admonendi. in. xvj. col. ff. de iureiur. ꝛ Ludo. ro. in consi. suo. ccclxxij. incip. Visis allegationibus hincinde cōfectis. ꝛ Bald. in addi. Specu. in titu. de cōfes. circa fi. ꝛ Abb. in. c. fi. de succes. ab intesta. ꝛ Bald. in. l. in bonefidei. C. de iureiu. ꝛ. d. Alexā. in consi. xxiij. incip. animaduersis ꝛc. in pe. colū. ante fi. in. ij. volu. ꝛ in consi. cxxvij. incip. ponderatis narratis. in pe. colū. ꝛ dixit Ludo. roma. in consi. suo ccxcj. incip. cum isti fratres. in. ij. col. qđ talis confessio facta absente parte facit presumptionem aduersus confitentem. Et teneas menti etiam aliquos alios casus in quibus cōfessio facta absente parte plene probat. vnus est in confessione facta in libello vel in alia scriptura iudicij producta parte absente nam talis cōfessio facit plenam probationem fm Bald. in. l. vnica. in pe. colū. C. de confes. Alius est casus in confessione facta absente parte cum iuramento: quia talis confessio plene probat fm Old. in consi. ccxcj. incip. Hec sunt rationes. ꝛ Bald. in consi. ccxlij. incip. In cā dñi Ludouici. in. iij. volu. licet cōtrarium teneat Pau. de cast. in cōsi. suo. ccxlj. incip. Primo videndum. circa fi. Item est alius casus: nam confessio facta absente parte non nocet confitenti. hoc est verum: nisi sit frequens ꝛ continuata ꝛ totiens repetita qđ transeat quasi in publicam vocem ꝛ famā quia tunc plene probat. Ita no. dixit Pau. de castr. in consil. suo. clxxv. incip. Super primo ꝛc. in vlti. col. ante fi. Est ꝛ alius casus naz confessio facta absente parte plene probat quādo fit ad exonerationem cōscientie: fm do. Feli. qui plura allegat. in. c. olim. in. iij. colū. de rescrip. idem etiaz procedit in foro penitentiali fm Bald. in. l. rationes. in fi. C. de probatio. ꝛ in. c. innotuit. in. j. colū. de elec. quem refert ꝛ sequitur do. Feli. in. d. c. olim. in fi. iij. col. Item confessio facta absente parte: licet non preiudicet confitenti. tamē fallit in confessione que non tendit ad obligandum confitentem alteri sed tendit principaliter ad probandum aliquid ex qua probatione absenti queritur obligatio vtputa si quis approbat aliquod instrumentum tanq̄ verum vigore huius approbationis omnes quorum interest poterunt agere contra approbantem. Ita not. dixit Ang. per illum text. in. ℌ. si vero expressum. in. iij. colū. versi. Ex hoc patet. et aut. de here. ꝛ fal. qđ dictuz refert ꝛ sequitur do. Feli. in. c. cum. Ald. ferrarien. in. xvij. colū. de cōstitu. An autem de equitate canonica cōfessio facta absente parte plene probet vide do. Frā. are. in cōsi. suo. lxiij. incip. diligēter. ꝛ per do. Alex. in cōsi. suo. clxxix. incip.

☞ In causa angelorum. in. ij. colū. (Et in consi. cxv. incip. visa in. j. col. in. vij. volu. ꝛ in consi. ccxlv. pōderatis. in. vj. volu. in vlti. col.) Et per do. Feli. latius in. d. c. olim. de rescrip. in. iij. col. vbi etiam ponit alios casus in qbus vz cōfessio facta absente parte ad plenam probationem faciendam. ꝛ in materia vide etiam Alex. cōsi. clxxxvj. incip. In causa ꝛ lite. in. ij. colum. ꝛ vide Pau. de cast. in. l.

☞ quidam in iure in prin. ff. de dona. ꝛ in. l. nuda ratio eo. titu. (Et vide. j. in singulari. cccclix. incip. vox viua.)

203 ¶ Judex extra territorij sue iurisditionis nullum habet imperium vt habetur in. l. fi. ff. de iurisdi. om. iud. ꝛ in. c. fi. de foro cōpe. et in cle. pastoralis. de re iudi. ꝛ habetur in. l. fi. ff. de offic. prefec. vrb. cū fi. Scias tamē qđ si iudex alicuius loci scripsit literas vel misit nuntium iudici alterius territorij iuxta ea que dixi supra in singulari. cxxxvij. incipiente. Judex alterius territorij. rogando ipsum iudicem qđ vellet citare reum subditum suum ratione habitationis in loco coram ipso iudice in cā delicti per eū cōmissi in loco iurisditionis ipsius iudicis scribentis hoc, et talis iudex requisitus hoc modo nō vult citare ipsum reum qđ hoc casu poterit talis iudex loci delicti per semet citari facere per dicta vel per nuntiū talē reum in territorio vbi degit: sicut si esset in territorio suo. Ita singu. dixit Bart. in tracta. ad reprimēdum in verbo per edictuz. in vlti. col. qđ dictū pro valde no. refert ꝛ sequitur do. Fran. are. in cōsi. suo. lvij. incip. diligēter. in. ij. col. versi. Amplius dixit. quod multum nota. in practica. ꝛ ad limitationem. d. l. fi. cum concordā tijs. ff. de iurisdi. om. iudi.

204 ¶ Percutiens clericum incidit in excommunicationem. c. fi quis suadente. xvij. q. iij. ꝛ ibi docto. Et tene menti qđ adeo prohibitum est percutere clericum q̄ nō solum est excommunicatus ille qui percutit clericum vt dixi sed etiam excommunicatus est ille qui percutit seu vulnerat consanguineum ipsius clerici respectu ipsius clerici. ita singulariter ꝛ mirabiliter dixit Ludo. roma. in repe. rubrice. ff. de arbi. in. xxiij. col. in fi. ad qđ allegat optimū text. in. c. sciāt cuncti. in verbo, consanguineos. de elec. in. vj. quod dictum pro mirabili refert et sequitur do. Feli. in. c. ecclesia sancte Marie. in. xlij. colū. de consti. vbi plura allegat. sed inter ceteraa allegat dictum Pet. de ancha. in. d. c. sciant cuncti. vbi dixit qđ ille dicitur frangere pacem qui compromisisset Titium nō offendere, offendit cōsanguineum suum. ꝛ allegat etiam no. per Jo. an. in regula frustra. in mercurialibus. qđ tñ dicit intelligendum esse quando non apparet qđ offendat eum ex alia causa quam ex illa de qua fuit facta pax als secus per no. per do. Ant. ꝛ Jmo. in. c. ij. de renun. et alia etiam ad hoc allegat ipse do. Feli. in. d. c. ecclesia sancte Marie. de quibus ibi per eum vbi etiā late examinat questionem illam vez an statutum laicorum imponens penam cōsanguineis clericorum valeat ibi.

205 ¶ Vehemens opi. cōsona veritati idem operatur q̄ certitudo. glo. est no. in. l. si qs extraneus. ℌ. sciendū. in glo. fi. ff. de acqui. heredi. ꝛ ibi Bal. summe eā notat dicēs qđ multa sunt de quib⁹ non pōt haberi vera certitudo: tñ vehemens opi. iuncta cum veritate idem operatur qđ certitudo. ad idem est glos. in. l. ij. ℌ. pe. in verbo sciant. ff. de aqua plu. arcen. et in. l. si duo. ℌ. pe. in verbo scire. ff. vti pos. ꝛ sentit glos. in. l. si liberti. ff. de pecu. ꝛ glos. in. l. si paterfami. ff. de here. insti. ꝛ ibi illam no. Bald. ꝛ Jmol. ꝛ Barto. in. l. qui bona. ℌ. qui alieno. ff. de dam. infec. ꝛ do. Anto. ꝛ Abb. ꝛ Jmol. in c. cū causam de iura. calum. Et idē dixit singulare verbuz Pet. de ancha. in cōsi. cccly. incip. Viso diligenter puncto. q̄ in substituto casu quo masculus nō nascatur potest haberi ista cōditio pro impleta etiam ante partum si ex vehemēti cōiectura fetus femineus sit in vtero ꝛ postea hoc apparet ex partu. quia precedens opi. verisimilis attentis pluribus. de quibus ibi iūcta veritate postea de recta facit illam opi. haberi pro certitudine. vnde dictus substitutus trāsmittet hereditatem etiā si eam adierit ante partū. Et idē cōsuluit ipse Pet. de ancha. in cōsi. suo. cccxciij. incip. Visis diligēter. in quibus locis allegat q̄ plura. que omnia refert ad literā do.

Feli.in.c.j.in.j.colũ.de sum.tri.ꝛ fide catho.vbi plura alia in materia ista allega.de quibus ibi per eum.ꝛ in.c.preterea.in prin.extra de testi.Et vide etiam ipsum do.Feli.in.c. cum contingat. in.iiij. col.in fi.de rescrip.in.c.j.in.iiij.ꝛ in.v.colũ.de lit. cõtest.vbi etiam ponit plura notabilia dicta in materia credulitatis.et vide que dixi in rub.C.de proba.in materia probationis que fit per vehemẽtem omniuz opi.ꝛ do.Feli.in.c.preterea.in prin.extra de testi. Et de hac re vehemẽti adde qõ vehemẽs adminiculum supplet semiplenam probationem ꝑm Bald.in cõsi.suo.incip. Quidam Petrutius de Viterbio ꝛc.quem refert ꝛ sequitur Soci.in consi. suo.lxxxix.incipien. In causa agitata inter Jacobum.in.vj.colũ. vbi etiam adducit Bald.in.l.ea quidem.in.ij.col.C.de accusa.vbi dicit qõ vehemens adminiculum est suppletio defectus probationis ꝛ talia circa ꝑdicta dicit ipse Soci.in.d.cõsilio que ibi videas.

(Vide tñ Joã.de ana.in cõsi.suo.lix.incip.visa inquisitione.in ij.col.post prin.) Et circa hãc materiam etiam adde do.Alex.in l.fi.in pe.additio.ff.de questioni.vbi dixit q̃ adminicula dicũtur vehemẽtia indicia.ad qõ alleg.c.cũ dilectus.de succes.ab intesta. ꝛ Bal.in.l.fi.in.iij.col.C.fami.her.item adde etiã qõ vehemẽs infamia etiam sine aliquo alio indicio sufficit ad torturam:vt habetur extra de purga.cano.in.c.fi qs.per Innocẽtiũ. Ita dixit do. Alex.in.l.fi.in.iij.versi.ff.de questioni.ad qõ etiaz allegat.l.quero ℈.fi.ff.de edil.edic. Item subdit etiã do.Alex.vbi supra q̃ Inno. in.c.cũ.J.ꝛ.A.de re iudica.dicit qõ etiã admittuntur testes viles contra valde diffamatũ:que omnia tanq̃ notabilia ꝛ nõ omnibus nota reponas in scrineo pectoris quia seruient tibi ad multa. Et vltra adducta supra per do.Feli.potes tu in illa materia etiã adducere tex.in.l filiusfa.ff.de ritu nuptia.vbi est text.qõ illud dicit certum.qõ probabili ratione certum est.pro quo facit dictũ Bal. in.c.j.in prin.in.ij.col.de cõtrouer.inuesti.quem vide.ꝛ hic etiam in materia adde singulare verbum Bal.in.l.bello.in fi.ff.de excusatio.tuto.quem omnino vide.

206 ¶ Incertitudo regulariter vitiat oẽm dispositionẽ siue loquamur in cõtractibus siue iudicijs siue in vltimis voluntatibus. vt late dixi iudicio meo vltra oẽs in.l.a vobis quoq̃.ff.de annu.leg. ꝛ in repe.rub.C.de proba.in pe.ꝛ vlti.charta. Attamen tene mẽti perpetuo ꝛ nõ obliuiscaris vnũ casum in quo incertitudo nõ vitiat actum. Nam si probatio est verificabilis ꝛ conclusiua in omni intellectu prodest probãti licet habeat ambiguos intellectus.ita colligit Dñicus ex verbis Joã.and.ibi in.c.j.in vlti.col.de pac.in vj. (Idẽ dixit do.Phili.decius in cõsi.ccxviij.incip.in casu in.j. col.) Ex quo dicto intulit do.Alex.in.l.inter stipulantem.℈.j.in vlti.col.ff.de verb.obli.qõ si accuso Titiũ qõ occidit Seiũ ꝛ testes sup hoc deponẽtes deponũt alternatiue dicẽtes qõ eũ occidit cũ gladio vel cũ claua licet deponant incerte ꝛ ambigue,tñ q̃ vterq̃ intellect' cõcludit homicidiũ habeẽ pro probatione certa qõ est multũ not.qõ dictum refert ꝛ sequit̃ do.Feli.in.c.ex parte,el.j.in xij.col.de rescrip.ꝛ do.Jas.in.l.dedi.in.j.col.ff.de cõditio.cau.data nõ sequuta. (Vide tñ in cõtrarium Fede.de senis in cõsi.clxij. in.q.proposita.ꝛ vide omnino Pau.de cast.in.l.si communem in ℈.si is qui aquã.ff.quẽadmo.serui.amit.in fi.ꝛ Ange.aret.institu. de excep.in rub.in.xvj.col.ꝛ Bal.in addi.Spec.in ti.de accusa.in versi.sed quid si statutum dicit.ꝛ in.l.j.ante fi.in ver.itẽ scias ꝛc.c. si vnus ex plu.appel.) Tenementi quia est not.limitatio ad.l.fi. C.de proba.vbi in criminalibus probationes debẽt esse luce meridiana clariores.ꝛ etiam facit ad ampliationem illius regule scilicet qõ sufficit q̃ testes in eũdem rei finem cõcordent licet per diuersa verba de qua in.l.qui sentẽtiam.C.de pe.ꝛ in.c.nihil de verbo.fig.ꝛ per glo.in.c.dudum.de conuer.coniuga.ꝛ in.c.cum eccle sia sutrina.de causa pos.ꝛ proprie.ꝛ in alijs pluribus locisque adducere presentialiter non expedit.vide doctores in dictis locis.

(Et vide que latius dixi in repe.mea rub.C.de proba.in.lxxiij. col.ver.ꝛ ideo si accuso.)

207 ¶ Victus victori debet cõdemnari in expẽsis siue loquamur in ciuili vt in.l.qui solidum.℈.etiã.ff.de leg.ij.ꝛ in.l.eum quem teme re.ff.de iudi.c.finem litibus de dolo ꝛ cõtu.℈.hec autẽ insti.de pe. teme.litig.cum fi.siue loquamur in criminalibus.tex.est ꝑm vnam lec.in.l.fi.C.de fruc.ꝛ litis expẽ.ꝛ voluit glos.in.d.c. finem litibus cum simi.de quo dixi latissime in repe.mea.l.fi.C.de proba.in.xix. q.principali:q̃ tñ fallit ꝑm doc.in dictis locis nisi victus habuisset iustam causam litigandi:quia tunc debet absolui ab expensis. Quod tamẽ vltimum limitatur pluribus modis.vt dixi in.l.fi.in xix.q.ꝛ inter alia limitatur vno modo ꝛ q̃ nisi extet statutũ in loco iudicij dicẽs qõ victus victori condemnetur in expensis:quia isto casu etiã si habuerit iustam causam litigandi condemnabit̃ tñ in expensis. Ita dixit glo.reputata singularis in aut.de exhibẽ.reis in.℈.sancimus quam ibi summe ponderat Ange.ꝛ eam etiam sequitur.d.Alexã.in consi.suo.cclvij.incip.viso processu in fi.et do. Francis.de are.in notabili suo.cxx.ꝛ Ange.in.l.nõ solum.ff.de rei ven.ꝛ hoc dicunt doc.procedere vt statutum aliquid operet̃ vltra ius cõe ꝛ ei aliquid addat.de quo etiam per Barb.in.c.causamq̃ de rescrip.ꝛ in consi.suo.lv.incip.proposita mihi in antepe.col.in iij.volu. Et adeo est verum qõ q̃ statutum est in loco qõ victus victori cõdemnetur ipso iure in expensis qõ tunc debet cõdemnari in expensis etiã si habuerit iustã causam litigandi:qõ etiaz hoc casu iudex nõ posset eũ absoluere ab expẽsis:immo si eum absoluat, nonvalet talis sententia absolutoria tanq̃ sentẽtia cõtraria prime sentẽtie statuti. Ita singulariter dixit Sali.in.l.j.in.iij. col. C.quando prouoca.non est necesse.vbi dicit ita fuisse conclusum Ferrarie post varias allegationes.quã doctrinam refert ꝛ sequit̃ do. Feli.in.c.inter monasterium in fi.extra de re iudi.qõ est multum not.cum sepissime in ciuitatibus extet tale statutũ.ꝛ in hac materia condemnationis expensarum vide que dixi in.d.l.fi. in xix.q.principali.C.de proba.ꝛ in.l.patre vel marito.ff.de questionibus in quibus locis plura dixi not.digna in materia ista.ꝛ vide etiam omnino.d.Feli.in.c.aduersario tuo in penul.colum.versi. Ad aliud de excep.

208 ¶ Compensatio non est proprie solutio sed differta solutione adeo qõ ꝑm magis cõem opinio.ille qui iurauit soluere nõ potest compẽsare:vt est text.ꝑm vnam lectu.ibi cõiter approbatam per oẽs scribentes.in.c.ad nostram.el primo de iureiurando.ꝛ voluit Jo.de imo.in.l.si heredi.ff.de condi.ꝛ demon.ꝛ Alatha.in notabili suo.liij.incip.nota qõ iurgmentum.ꝛ Barto.in.l.statu liberos.ff.de statu libe.ꝛ Alex.in consi.suo.xcj.incip. Visis actis mihi transmissis.in.iij.colũ.in.ij.volu.ꝛ.d. Fran.aret.in consi.cx.incip. Longitudo verborum in pe.colũ.licet Bart.tenuerit cõtrarium ꝛ male in.l.amplius non peti ante fi.ff.rem ratam haberi.de quo ibi per scribentes. Pro qua opinione facit nã si quis ex iuramento tenetur aliquid facere potest precise compelli ad faciẽdum nec liberatur soluẽdo interesse:vt volunt scribentes in.l.si pecuniam ff.de condi.ob causam. Et facit etiam qõ voluit Bal.in consi.suo cxxiij.incip. Verba instrumenti in fi.in.iij.volu.vbi dixit qõ pactum de non probanda solutione non est pactum de non probanda compensatione quia sunt diuersa licet concurrant in eundem finem. Scias tñ qõ licet per predicta compensatio non sit proprie solutio.attamẽ sepius vim solutionis retinet vnde dixit notãter Bal.in.l.filium in.vj.col.ver.est ꝛ alia ratio.C.familie herciscunde q̃ satis restituit qui compensat. Et dixit Bald.in.l.fi.in.v.col. C.de edendo.qõ obijciens compẽsationem nõ dicitur proprie excipere.de quibus per Pau.de cast.in consi.suo.lxvj.incip.qõ naues ꝛ gozus.ꝛ dixit Alex.in consi.suo.xij.incip. Viso testamento ante scripto in pe.col.q̃ prohibitus opponere exceptionẽ potest cõpensare etiã si iurasset non excipere etiaz si statutũ concederet solum exceptionem solutionis.allegat q̃plura de quibus ibi per eum.ꝛ teneas menti not.verbum Ange.in consi.suo.cxxxij.incip. Quidam Nicolaus.alꝫ incip. Visis dictis dubijs in princi.vbi dixit qõ si statutum prohibet opponi omnẽ exceptionem cõtra instrumentum nõ intelligetur de compensatione:quia illa poterit opponi non obstante statuto q̃ est no.quod dictũ ꝛ quasi omnia supradicta refert ꝛ sequitur.d.Feli.in.c.suborta in.j.col.de re iud. vbi etiam adducit alia plura examinando an exceptio compensationis possit opponi in execution sentẽtie.ꝛ vltra dicta per eum adde Bal.in consi.xxxij.inci.Verba instrumẽti in fi.vbi dixit qõ sicut sufficit debitori offerre pecuniam in iudicio. Ita sufficit si in iudicio offerat compensationẽ qõ est nota.allegat.l. iulianus.ff. de condi.ꝛ demon.

209 ¶ Socius criminis non facit indicium ex eius assertione regulariter cõtra socium eiusdẽ criminis vt habet̃ ꝑ Cy.ꝛ alios in.l.fi. C.de accusa.ꝛ per.d.Ant.in.c.j.de confes.ꝛ Pau.de leazaris in.c. grauis extra de posito.ꝛ per.d. Alex.in consi.suo.cccxiij.incip. viso themate ante scripto. (In hac materia socij criminis vide Phili.decium in cõsi.cccxlij.incip.in cã in.j.ꝛ.ij.col.) Aliqua tñ sunt delicta.de quibus socius criminis põt interrogari de consocijs.vt notat Bar.in.l.repeti in.℈.his qui.ff.de questionibus.ꝛ.d. Alex.in cõsi.lxix.incip. Visa facti renuntiatione in fi.in.ij.volu.ꝛ per Sãd.in suo not.tracta.malefi.sub rub.de questio.ꝛ tormẽtis. in.iij.col.ver. Nunc autez. de quo late dixi.in.l.j.℈.diuus antoninus.ff.de questionibus.ꝛ in repe.mea.l.fi.in.lxxx.char. C.de proba. Teneas tñ menti perpetuo ꝛ nunq̃ obliuiscaris q̃ in casibus illis in quibus socius criminis põt interrogari de cõsocijs tale dictũ seu dispositio ipsius socij criminis nõ facit indiciũ ad torturã cõtra socium criminis nisi cõtra eum alia sint indicia. Ita singulariter dixit Guido de suza.in tracta.suo de tormentis in.viij.col.j. versi.sed qd de questione occurrẽti.ꝛ idem voluit Sali.in.l.fi.in fi. C.de accu.quem refert ꝛ sequit̃.d. Alex.in consi.suo.cccxiij.incip. Viso themate ante scripto in.ij.col.ꝛ in cõsi.suo.ccccl xxv.ꝑm ordinem meum incip. Qm̃ abunde circa fi.vbi dicit q̃ hoc etiã volnit Jo.de imo.in.c.j.de confes.idem etiam dixit do. Jason in.℈.item si quis in.v.col.ver. Duo etiam.insti.de actio.vbi dicit de hoc esse gl.not.in.l.si quidem.ꝛ ibi Bal.C.de excep.vbi ipse Bal.dicit qõ istud alibi in iure nõ habetur.nemo tamẽ allegat Guido.de suza. in.d.loco cuius fuit originalis doctrina.de quo dixi aliquid in.d.

l.j.℈.diuus

l.j.§.diuus Antoninus.ff.de qõnibus.tene mẽti quia non fallor: est verbum honoris ꝛ vtilitatis plenum.

210 ¶ Jura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.l.iura sanguinis.ff.de regu.iur.et inisti.de nuptijs.cum simi.et ideo iura generaliter phibẽtia cõionem cum excõicato non comprehendũt cõiunctos ipsi excommunicato.text.est in.c.qm̃ multos.xj.q.iij.et in.c. inter alia.de sñia excõi.et facit tex.in.l.fi.ff.de recepta.vbi dicit qõ lex puniens receptãtẽ bãnitum nõ hz locũ in receptãte bãnitum affinẽ vel cõiunctum.ꝛ text.in.l.pe.ff.de postu.vbi dicit ꝙ quis nõ phibet assumere aduocationẽ cõtra rempublicã pro aliquo affine vel cõiuncto,licet pro alijs sit secus,vt habetur in.l.ij.C.de aduoca.diuer.iudi.ꝛ vide no.verbũ Ange.in aut.quibus mo.natu. efficiũ.legiti.in.§.j.circa me.et adduci possent alia plura et plura iura ad hoc ꝓpositum cumulata p Lu.ro.in.l.j.in ius vocati eant vel satisdent.ꝛ per eũdem in repe.l.si vero.§.de viro.in.xvij.fallentia.ff.solu.ma.et p Feli.in.c.cum quidã.in pe.col.de iureiurã.que hic non trãscribo breuitatis causa.Sed solũ addo vnuz singulare verbũ,vcz qõ adeo est vera supradicta regula ꝙ stante statuto qõ bãnitus possit impune occidi,attamẽ frater nõ poterit occidere fratrem bãnitum impune pretextu talis statuti.ita multũ singulariter dixit.d.Mellus in tractatu bãnitorum.in tertia parte secũdi temporis.in.q.iij.incip.Queritur:duo ciues.vbi refert ita tenuisse.d.Egidium in quadam eius disputatione qõ dictum pro valde not.refert et sequitur.d.Bartho.cepo.in cõsi.suo.v.incipi. Casus talis est.in.v.colũ.post princ.et etiam idem dixit ipse do. Mellus in.d.tractatu bãnitorum.in scõa parte scõi temporis.q.x. quem vide.et idem teñuit Dyñ.in.l.si adulterium cum incestu.§. liberta.ff.de adul.vt refert Bart.cõtrarium tenẽs in.l.minime.ff. de reli.ꝛ sump.fu.sed Bar.nõ loquitur generaliter in omni bãnito,sed in bãnito qui est hostis ciuitatis.p illum text.ideo secus est in alijs bãnitis.Et scias etiam qõ stãte statuto qõ bãnitus possit impune occidi,ꝙ tamẽ vassallus nõ poterit occidere impune dictum bãnitum.ita not.dixit Ange.in.l.si adulteriuz cum incestu. in.§.liberto.ff.de adult.qui etiã ponit quid iñ patre quo ad filiuz

☞ et ecõtra. (Vide Jas.in repe.l.oẽs populi.in vlt.char.in.ij.colũ. ante fi.ff.de iu.et iur.)

211 ¶ Testes examinati a iudice incõpetẽti nõ faciũt fidem coꝛã cõpetẽti,vt habet in.l.iij.§.idem diuus.ff.de testi.ꝛ in.l.si et ibi Bal. et doc:to.C.de testi.et in.l.pe.in fi.C.de arbi.cũ simi.Quod tamen limitat sing.Lu.ro.nisi testes examinãdi essent in ꝓuincia remota a loco iudicij,et de eoꝛ absentia vel mioze dubitaret:nam hoc casu necessitatis ratiõe ꝛ ne ꝓbationis copia pereat.arg.l.qm̃.C. de hereti.poterũt testes coram iudice loci vbi sunt examinati,et faciẽt fidem coꝛã iudice competẽti si absentes fuerint vel mortui: si vero viuunt adhuc poterit noua examinatio fieri p iudicem cõpetẽtem vel per alium de cõmissione sua.ita not.dixit Lud.ro.in repe.l.si vero.in.§.de viro.in.§4.fallentia.ff.solu.ma.allegat text. not.in.d.l.fi.C.de testib.et que habentur in.l.ij.C.naufra.lib.xj.et allegat do.de Rota.et alia de quibus ibi per eũ.et dicit qõ ita intelligit Bar.in.l.cum his.ff.de transac.dũ tractat coram quo fieri debeat examinatio testium ad ꝑpetuam rei memoriam.et vide.d. Feli.in.c.qm̃ frequenter.in.vj.col.post me.vt lit.nõ cõtest.ꝛ in materia vide etiã que dixi in repe.mea.l.fi.C.de proba.in.37.charta. in questione illa,videlicet:an testes examinati parte non citata probent.et latius in.l.j.in.§.preterea.in.ij.colum.ff.de questionibus.vbi latissime locutus sum de necessitate et eiꝰ effectu.et vide que dixi.s.in singulari.24.incip.Clarum est in iure.

212 ¶ Communis oĩm scribẽtium opinio est:ꝙ si testis dicit vnum extra iudicium et aliud in iudicio qõ statur dicto suo in iudicio solenniter facto et cum iuramẽto.c.j.et ibi per Bal.§.si enim dño quid sit inuestitura.glo.ꝛ docto.in.c.cum causam.de testi.Specu. et Joã.an.in titu.de teste.§.j.ver.quid si idem testis.Bal.et Sali. in.l.nullum.C.de testi.Bal.in.l gesta.in.ij.colum.C.de re iudica.

☞ (Vide glos.in.c.literas.in verbo,purgauit extra de presump.et Barba.in cõsilio.lxix.incip.illud referam.in penulti.in.iiij.vol.) de quo late p Allexã.in cõsilio suo.74.inci.Viso testamẽto.in.xv. col.in.volu.et in cõsilio.ccxxj.incipiẽ.Visa facti narratione.in.v. colũ.in.ij.volu.et per Bal.in cõsilio suo.clxj.incipi.Licet assessores.in.v.volu.et p Lu.roma.in cõsilio suo.cv.incipi.cum testis.in prin.et per Bar.Ange.talios in.l.eos.ff de falsi.et p Bal.in.c.per tuas.in vlti.col.de ꝓba.et p docto.in alijs locis relatis a do.Alex. in dictis cõsilijs.Teneas tamẽ menti qõ dictum testis extra iudicium est tanti effectus qõ quando tale dictum extraiudiciale est iactum post dispositionem iudicialem ꝙ tunc iudex ad sentẽtiaz sm dictum iudicialiter factum ꝓcederere nõ debet.hz si iam esset lata sentẽtia ex hoc nõ posset eam renocare.ita singu.dixit.d.An. in.c.cum in tua.extra de testibus.qõ dictum refert et sequitur do. Fran.de are.in cõsilio suo.71.incip diligẽter ꝛ mature.in.iiij.colũ.

☞ in ver.his tamẽ nõ obstãtibus. (et Allexã in cõsi.364.incipiẽ.in causa appellationis.in.v.col.) et in hac materia adde no.verbũ Abb.in.c.inquisitionis.§.tertie.circa me.ver.et ex hoc posset.de accus.vbi dixit ꝙ si testis forte vilis fortune dixit in presentia partis potẽtis aliquid ꝙ veniebat in fauorem illius partis si postea in iudicio iuramento prestito dicit cõtrarium qõ non debet stari primo dicto:qz satis presumi potest testẽ illud dixisse extra iudicium vt placeret parti timens eius potẽtiam,sed in iudicio metu iuramẽti dixit veritatez,secus vbi talis ꝑsumptio nõ subesset.qõ dicit ibi Abb.fore bene menti tenendum ꝓpetuo.

213 ¶ Viam quã quis elegit sibi patere dz.l.si mulier.§.fi.ff.qõ met. cã.l.si quis iusiurandũ.C.de rebus credi.c.gratum.de offici.deleg. c.solitudinem.de appel.cum multis vulg.et ꝑ ampliatione hui' regule tene menti duo singularia dicta.primum est ꝙ si quis petit iuramẽtum deferri aduersario casu quo iudex nolebat eũ deferre tamẽ ex quo pars volũtarie petit tale iuramẽtum deferri aduersario nõ potest postea rescindere sentẽtiam ex nouis ꝓbationibus supueniẽtibꝰ.ita no.dixit Guil.de cu.in.l.admonẽdi.ff.de iureiur. qõ dictum refert ꝛ sequitur Barba.in cõsi.suo.lxij.incipien.viso puncto.in.ij.col.in.ij.volu.Secũdum est:ꝙ si ex pacto licet conductori recedere a cõtractu post mensem quandocunqꝫ voluerit nisi fuerint sibi seruata quedam promissa illud quandocunqꝫ debet intelligi nisi post mensem fecerit actum per quem videatur ab illa facultate recessisse:vt puta si petierit adimplere sibi promissa. Ita singulariter dixit Salic.in.l.cõmissione.in fi.C.de pact.inter empto.et vẽdito.qõ dictum pro aureo et singulari refert et sequitur do.Feli.in.c.sedes apostolica.in xij.colum.de rescrip.in versi. faciat ꝛc.

214 ¶ Ad validitatẽ dicti testis requiritur inter alia iuramẽtum.l. iurisiurãdi.C.de testi.c.tuis questionibus.extra eo.et ibi in.c.nuper.ꝛ in.c.item iurisiurandi.iij.q.iij.ꝛ in.c.hortamur.ij.q.ix.cũ si.

☞ (Vide.j.in singula.ccccxxxiij.incipiẽ.alꝫ tibi dixi.) Et hoc non solum habet locũ in teste ꝓducto ab vna parte:sed habet locum in eo cuius dicto standum est de voluntate vtriuscꝫ partis vel vigore alicuius statutivel alterius dispositionis.sm Ange.in repetitio.l.si vacãtia.in.ij.col.C.de bo.vac.lib.x.vbi singulr dixit:qõ hz ex dispositione alicuius statuti stari debeat simplici verbo nuntij, nõ stabitur nisi primo iurauerit ante eius dictum.alleg.tex.no.in l.theopompus.ff.de do.preleg.qõ dicit esse vtile ad statutum volens qõ stetur simpliciverbo accusatoris de dãno ipsi dato ꝙ ei nõ creditur nisi primo iuret.alleg.l.qui bona.§.qui dãni.ff.de dam. infect.et in.l.si qm̃.C.vnde vi.quã doctrinam refert ꝛ sequitur do. Maria.in repe.c.qualr et qm̃.le.ij.de accusa.in.vij.ꝛ ix.q.princ.de quo etiã p do.Feli.in.c.significasti.le.j.in fi.de homi.et in.c.qz iudi

☞ cante.in.j.colũ.de prescri. (Vide Soci.in cõsilio.xc.incipiẽ.visis. in.iij.col.in.iij.vol.Baueriã.in.lvj.priuilegio iuramenti.) Pro quibus optime facit tex.in.c.j.circa me.extra de frigi.ꝛ malefi.cõiuncto text.in.c.cõtinebat.de desponsa.impube.et facit text.in.l. cõparationes.circa fi.C.de fide instru.ꝛ ibi dixi.Pro quibꝰ faciũt dicta per Jo.de ana.in.d.c.significasti.le.ij.in.vj.colũ.versi. Circa scõm.de homici.Et faciunt optime dicta p Ange.ꝛ Pau.de cast. in.l.de pupillo.in.§.qui opus.ff.de ope.noui nun.vbi dixerũt qõ vbi cõmittit aliquid conscientie alicuius p legem vel per principẽ si vult commissarius ꝙ eius sententia valeat requiritur qõ ad eiꝰ sentẽtiam iuret,ꝙ ita dictat sibi conscientia sua:alꝫ nõ est stãduz eius sententie.qõ dictum refert ꝛ sequitur do.Alexan.in consilio suo.217.qõ incipi.visis verbis dicti ꝛc.in penul.colũ.versi.ad predictorum cõfirmationem.de quo dixi in repe.mea.l.fi.C.de ꝓbat.

☞ in.xxvij.charta. (et vide Allexã.in consi.lxiij.incipi.viso ꝓcessu. in.vj.volu.) Et in materia ista seu iuramẽti testis:tene menti qõ etiam papa nõ potest dispensare qõ testis in ferendo testimonio in iudicio nõ debeat iurare.ita singulariter dixit Aug.de ancha. in lib.de potestate ecclesie.q.lv.art.vlt.quia hoc est de iure diuino ꝙ testis iuret,vt habetur Genesis.51.qõ dictum p stupendo ꝛ canonistis incognito refertꝛ sequitur.d.Feli.in.c.cõstitutus.in.viij. colũ.de rescrip.vbi videas.et vide que dixi in consilio meo incipi.

☞ Non auferas de ore meo verbũ veritatis dñe.in pe.char. (et vide omnino.d.An.in cõsi.suo.xxj.incipi.viso ꝛc.in verbo,ad scõm.vbi ponit not.verbum.

215 ¶ Validum est argumẽtum de matrimonio carnali ad matrimonium spirituale.c.sicut vir.vij.q.j.c.q̃ Christo.lvij.qõ.j.c.inter corꝓoralia.de transla.epi.voluit Cardi.in clemẽ.j.in.§.quem etiam.

☞ in.ij.q.de concess.prebẽ. (Vide tamẽ Bertha.in verbo,pfessio. in.xj.versi.) Et ideo dicimus qõ qñ mulier ingreditur religionẽ qõ dicit tũc matrimoniũ ꝓtrahi cũ ecclesia seu cũ Christo.d.c.que

☞ Christo.cuz simi. (Vide in materia matrimonij.§.in fine.cxlvij. incipien.filius presens ꝛc.et.j.in fine.347.incipiẽ. matrimoniũ.) Et pro hac parte qõ a pari ꝓcedat matrimonium carnale ꝛ spirituale optime facit illa decisio doctorum volentium qõ si testator in testamẽto suo reliquit filie mille si nupserit et sexcentum si religionem intrauerit,ꝙ si ipsa filia intrauerit religionem:tamen debebit habere mille ac si matrimonium carnale cõtraxisset.vt voluit Joan.an.in addi.Specu.in titu.de statu mona.sup rub.et d. An.et alij in.c.in presentia.de proba.in.xx.colũ.et Far.in l.ij.vbi

vide Soci. ff. de hisq̃ pene nose. ⁊ Lu. ro. in l. stipulatio hoc modo cõcepta. in. vij. col. ver. venio ad idē. ff. de ver. obli. ⁊ Ab. in repe. c. ecclia sancte ℳarie. in. xxxj. col. de cõstitu. et Alb. de ros. in prima parte statuto. q. cv. et. q. seq. et Bal. in. d. c. in pñtia. in. vj. col. versi. sed qd si testator. et ℳatha. in nota. suo. lij. qõ incip. nota qõ si testator. (et Jas. late i aut. si qua mulier. i. ij. ⁊. iij. col. C. de sacrosan. eccle.) et volunt alij plures docto. quos retuli in repeti. mea rub. ff. de fideiusso. in. xx. col. vbi posui hanc qõnem: et teneas mēti qõ adeo est veruz q̃ validū est argu. de matrimonio carnali ad matrimonium spirituale, q̃ statutum puniens aliqua pena cognoscentem mulierē nuptaz haberet locū in cognoscente monialem. Jta dixit quidā dñs Dionysius de perusio in consi. suo. xx. incipi. et si doctrina cecū illuminet. quem refert ⁊ sequitur do. ℳaria. soci. in d. c. qualiter ⁊ qñ. le second. qõ. viij. arti. pe. quos refert ⁊ sequitur do. Feli. in. c. nõ satis. de symo. licet istud dictum reprobet ipse. d. Feli. in. c. ecclesia sancte ℳarie. de cõsti. in. xxxj. col. Attamē opinio do. ℳaria. videtur cõmunior ⁊ fauorabilior ecclesijs ⁊ psonis ecclesiasticis ac iuri diuino. qua opinionem etiā firmat Bal. in. c. causam matrimonij. in vlti. colū. de pba. tene eā menti q̃ est nota. verbū. Adde tamē q̃ tale argumētum de matrimonio carnali ad matrimoniū spirituale non pcederet vbi esset dānosum vel contrarium ecclesie. p doctrinam Bald. in. l. deo nobis. C. de episco. et cle. Vbi dixit q̃ si maritus relinquit vxorem suā dominaz massariam ⁊ vsufructuariam donec caste ⁊ honeste vixerit et vitāvidualem seruauerit si ingrediatur monasterium non pdit legatū: ⁊ tūc cessat dictum arg. de matrimo. carnali ad spirituale, q̃ esset contra ecclesiam. qõ dictum p singulari refert et approbat. d. Fran. de cre. in nota. suo. 142. incip. ℳaritus reliquit, et dicit istud dictuz forte non esse alibi. Et ad supradictam materiam de matrimonio carnali et spirituali facit in argu. glo. in. c. aut facta. in verbo, parē tem. de pe. distin. j. que dixit q̃ eadem pena punitur occidens patrem spiritualem qua punitur occidens patrem naturalem. quaz glo. ad hoc refert et sequitur. d. Paris de puteo in tracta. sindica. in. xvj. char. in. iij. col. (Vide omnino q̃ dixi ⁊ que postea addidi in. l. diuus adrianus. in fi. ff. de parrici.)

216 ¶ Vbi agitur de his que concernunt commodū burse publice sententia pro delicto lata contra vnum nocet tertio, adeo qõ sine nouo pcessu vigore dicte sententie potest deueniri cõtra tertium qui se tueri non potest ex eo q̃ non fuerit ad causam citatus. Jta habetur in l. j. C. vbi cause fisca. l. quisquis. C. ad leg. iul. maie. c. cū ſm. de hereti. in. vj. et not. plene p Bar. in disputatione sua incip. Perusine ciuitatis statuto. et in. l. cum filius. in princ. ff. de verbo. oblig. et per Bal. in. l. j. C. ne filius p patre. et in. l. fi. ℣. j. C. de bo. q̃ lib. et per Bal. in addi. Specu. in titu. de sentētie platione. in. xvij. colū. et per Sali. in. l. si filius. C. ne filius pro patre. et per Canoni. in. c. q̃uis. de re iudic. Teneas tamen menti qõ etiam in casu isto sententia nulla validata per rescriptum principis nūq̃ nocet tertio. Jta multum singulariter dixit do. Alexan. in consi. suo. cccviij. ſm ordinem meum incipi. In causa que vertitur inter agentes. in iij. colum. qõ dictum pro valde not. refert ⁊ sequitur do. Feli. in. c. q̃uis. in vltimis verbis. de sententia ⁊ re iudi. quod dicit esse proprie notan. propter commissiones pape sanantes sepe nullitates sententiarum.

217 ¶ Ter vel quater iam retroacto tēpore consului et etiam qñq̃ allegaui in voce ⁊ continue obtinui in hoc, vez q̃ quotiēs occisus seu interfectus non habet nisi vnicū vulnus: et plures fuerunt in rixa vel mortu⁹ habet minora vel pauciora vulnera q̃ fuerint numero homines contra eum in rixa: q̃ si nescitur ex quo vulnere sit mortuus, vel nescitur quis ipsoruz rixātium intulerit vulnus vel vulnera, tunc ppter incertitudinem nemo ipsorum rixātium debet puniri pena mortis. et hoc per regulam. l. absentem. ff. de penis. vbi melius est nocentem absoluere q̃ innocētem condēnare. Jta voluit glo. multum singularis in. l. item mella. in. ℣. si plures. ff. ad leg. aquil. quam glo. p singulari refert ⁊ sequitur do. Alex. in consi. suo. ccxxxvij. incipien. Ponderatis narratis in themate. in iij. colū. et dicit qõ dictam glo. secutus est Dy. cõsulendo, qõ consilium Dyñ. refert ⁊ sequitur Pet. de ancha. in consilio suo. ccxvij. incipien. In Christi nomine. Nos Bartholomeus de saliceto. Et idem qõ voluit dicta glo. voluit Specu. in titu. de homici. ℣. j. ver. pone qõ quatuor homines. Et idem qõ nemo in dictis casib⁹ puniatur pena mortis. tenuit Joā. de ana. in. c. significasti. le second. in. xxiiij. colū. de homici. et do. Alexā. in consi. suo. xv. incipi. Viso processu inquisitionis. in. v. ⁊. vj. colum in. j. volu. vbi allegat hanc partem tenuisse Sandi. in suo tractatu maleficiorum. sub rubric. de homicidio. et Ludo roma. in cõsilio. 401. incipien. Eo proposito. Et idem tenet Bal. in consi. suo. lxxij. incipi. Presupposito qõ in ciuitate. in. v. volu. vbi remittit se ad dicta per Specu. in tit. de homicidio. in dicto versi. Sed pone qõ quatuor homines. ⁊ in cõsilio suo. cccxj. incipien. Quidam rumor ⁊c. in. iij. vol. Idem tenuit Rapha. cu. in cõsilio suo. cxxxiij. incipien. Visis. in. iij. colū. et Bal. in repertorio suo. in verbo, vulnerat⁹ vno vulnere. in pmo versi. vbi allegat. d. glos. in. d. ℣. si plures. quaz ibi dicit singularem et alibi non reperiri. et idem dixit ipse Bal. in. d. reper. suo. in verbo, homicidium. in. vj. ver. Et idem etiā firmat do. Alex. in consi. suo. cclvij. incipien. Pōderatis ⁊c. et in cõsilio. 390. incipien. Copiose. et idem tenet Spe. in ti. de dispensatione. in. ℣. iuxta. in pe. colū. ver. Quid si aliquis in rixa. ⁊ ibi Jo. an. remittēs se ad Spec. in. d. versi. Sed pone quatuor hoies. et idem etiam tenet do. Feli. in. c. significasti. le. ij. de homici. in. iij. colū. Pro qua opi. facit glos. in. l. j. in ver. sibi dño. ff. si quadru. paupe. fe. dica. et glo. in. c. nolite. xj. q. iij. et glo. in. c. quiescamus. xlij. dist. Et faciunt etiaz dicta per Albe. de rosa. in tertia parte statu. q. lxj. incipi. Jtē querit quinq̃. et dicta per do. Jo. de imol. in cle. j. extra de homici. in vlti. colū. et faciunt dicta per do. Feli. in. c. dilecti filij. in vlti. colū. de except. et per me in cõsilio meo. xxij. incipien. Illud in medij. vbi consului super hoc dubio pro hac parte. de quo etiam late dixi in. l. a vobis quoq̃. in. iij. charta. ff. de annu. lega. dum posui materiam incertitudinis. et in repe. mea rubri. C. de pba. in eadem materia incertitudinis. Ex quibus satis cõstat q̃ propter incertitudinē: q̃ nescit quis intulerit vulnus nemo vt dixi poterit puniri ad mortez nec aliquis eoz eadem ratione nõ poterit torqueri ad veritatē inuestigādam quādo aliqua indicia nõ sunt magis cõtra vnum q̃ contra alium, ne innocens indebite p nocente torqueatur. Sed oia predicta tamē singulariter limita ⁊ restringe nisi vnus ipsoruz qui fuerit in rixa sit male cõditionis ⁊ fame, vt quia al's cõmisit simile delictum seu intulit simile vulnus: quia hoc casu nõ obstāte incertitudine poterit ad veritatem eruendam ille talis torqueri. Jta multum singulariter ⁊ mirabiliter dixit Sali. in. l. fi. in vlti. colū. in versi. Quero an sufficiat. in fi. C. de qõnibus. et idem videtur velle Guido de suza. in tractatu suo de tormentis. in. iij. col. versi. Que et qualia indicia. circa fi. (Pro hac doctrina facit in simili nota. verbum Catal. in tractatu suo sindicat⁹. in versi. ℣42. incipi. adde quia sepe ⁊c. in fi. ij. colū. illius versi. vbi dicit q̃ fuga facit indiciuz cõtra fugiētem quādo ipse fugiens est al's male vite ⁊ conditionis al's secus.) Tene menti q̃ est verbum aureū et singulare: ex quo multum honoris ⁊ lucri acquirere poteris in contingentia facti si eris aduocatus partis offense, nec apud aliquem antiquū vel modernum supradicta ita diffuse ⁊ copiose inuenies. Jtē limita etiā predicta alio modo. s. q̃ nemo punitur pena mortis in dicto casu ppter incertitudinez, qõ est verū quādo constat istos rixātes seu percussores nõ habuisse animum occidendi, vt puta quādo talia vulnera fuerunt facta in rixa ⁊ nõ appensate et data opera: secus aūt si constaret eos tractasse, insultare ⁊ pcutere ⁊ occidēdi animū habuisse tunc ex volūtate quā habuissent, ⁊ postea ex facto subsecuto oēs ad mortem cõdēnarent. Jta singulariter dixit gl. Bar. et Ange. in. l. fi. ff. de sica. et ibi ego dixi. et voluit Sandi. in tracta. suo maleficior. sub rub. de homicidiarijs. i. iij. col. ver. Pone qõnē quā ego multotiens vidi. circa me. vbi satis plene examinat hanc qõnē. et p limitatione ista adducit aliqua de quibus ibi p eū. tene mēti rogo, quia ista vere nõ sunt vulgaria nec paruipendenda. Et p prima limitatione superius data faciunt optime que dixi. ſ. in singulari. lxxiij. incipi. Tu habes regulam, vbi plura nota. digna adduxi circa illam regulam: qui semel est malus semper presumitur malus ⁊c. Hippolytus de ℳarsilijs Juris Utriusq̃ doctor Bononiensis.

218 ¶ Regulam habemus in iure clarissimaz ⁊ vulgatam, vez qõ in dubijs/obscuris/⁊ ambiguis semper debemus inclinare in mitiorem ⁊ benigniorem partē, vt in. l. semp in obscuris. ff. de regu. iur. ⁊ in. l. factum cuiq̃. ℣. fi. eo. ti. et in regula, in penis. de regu. in. in. vj. cum multis si. ibi in glos. allegatis. ⁊ in. c. eos vero. ℣o. dist. et in. l. merito. ff. pro socio. et in. l. arrianus. ff. de actio. ⁊ ob. de quo latissime locutus sum in repe. mea. l. fi. C. de pba. in. vj. char. et in sequē. ibi. vbi ad istud propositum adduxi forsan. lxx. notabiles doctrinas: de quo etiam p Jaso. in. l. fructus. in. iij. col. ver. Tertio adde. cum ver. sequenti. ff. solu. matri. (Et facit quod voluit Bal. in. c. duobus. in. j. colū. versi. quid si iudices. de re iudi. vbi dicit q̃ in testibus pari numero discordātibus preualet benignior pars. ⁊ do. Feli. in. c. aduersario tuo. in. iij. colū. p totum. de exce.) Sed scias tamen qõ ista regula nõ est semper vera, sed fallit in aliquibus casibus multum singularibus quos perpetuo tene mēti: naz primo fallit hec regula quando dubitatur: an vulneratus sit mortuus ex vulnere, ⁊ sup hoc sunt examinati plures medici qui diuersimode deponunt ⁊ sunt in diuersis opinionibus: nā hoc casu iudicaē cõtra percussorem: et sic in duriorem partem. Jta not. dixit Bal. in. c. j. in prin. in. vj. colū. quibus cau. feu. amit. et do. Feli. referens Bal. in. c. presbyterū. in. j. colū. in fi. de homicidio. et dñs Cataldinus in suo tractatu sindi. in ver. 287. incipi. adde qõ qñ. pro quo mihi videtur text. formalis in. c. significasti. le second. in. ℣. fi. de homici. et illud dictum Bal. etiā refert ⁊ sequitur do. Bartho. cepol. in cõsi. suo. lxij. incipien. Magnifice. in vlti. colū. licet nemo ad hoc alleget illum tex. in. d. c. significasti. (Adde tamē qõ cõtrarium tenet Bal. in cõsilio suo. 195. incipien. An vulnus. in. j. volu. in duobus

locis

locis illius cõsilij.et Rapha.cu.cõsilio.cxxxiij.incipi.Visis.in.ij. colũ.ante me.z Soci.in cõsi.138.incip.Primo aspectu.in.iij.colũ. sed cũ Bal.tenet Flo.in.l.si vulnerat⁹.ff.ad leg.aquil.) Alius est casus,vcz quãdo reperitur confessio rei de crimine.et dubiũ est vtrũ cõfessionem illã fecerit metu tormentor an sponte.et sic ex cõsciẽ tia criminis,tunc in dubio presumitur potius q illam fecerit ex conscientia criminis q̃ metu tormentor.Ita notãter dixit Bal. in.l.vnica.in.vij.col.C.de confes.qõ dicit esse multum notabile,de quo tamẽ dicto dubito p ea que dixi.s.in singulari primo.Alius est etiam casus,vcz si queratur vtrum ille cui datum est consilium vel mãdatum ad maleficium committendũ esset als illud factu rus necne:z in hoc presumitur contra consulentem z sic q̃ ille non fuisset als facturus.Ita singulariter dixit Dy.in dicta regula,in obscuris.quem refert z sequitur Bal.in.l.ob hec verba.circa me. ff.de his qui notantur infa.quos refert z sequitur do.Alexan.in cõsilio suo.ciij.incipien.Videtur ꝛc.in.vij.colũ.in.j.volu.vbi dicit qõ hoc idem voluit Bal.in.l.data opera.in.xvij.colũ.C.qui accu. non possunt.Et voluit do.Feli.in.c.sicut dignum.in.iiij.col.in fi. ver.Tertia exclusio de homicidio.vbi alia etiã allegat p hoc dicto. pro quo faciunt optime dicta per do.Bartho.cepol.in cõsilio suo xxxiij.incipien.Si vnq̃ ꝛc.in.xvij.colũ.versic.Decimo ꝛc.Item adde alium casum,videlicet in cõfessione que potest se habere ad delictum et non delictum,quia interpretatur in deteriorem par tem.text.est notabilis quẽ ibi ponderat Joan.de ana.in.c.cuz di lecti.de accus. (Contrarium tenet do.An.in.c.ex literis.in vlti. colũ.de sponsa.et Bart.in.l.inter stipulantem.§.j.ff.de ver.oblig. quos refert et sequitur Decius in cõsilio.189.incipien.Letatus sum.in.vij.colũ.in fi.) Item adde alium casum quem ponit Jo. de ana.in.c.dilectus filius.le second.in.vij.colũ.de symo.vbi dicit q si vniversitas vel aliquod collegiuz deliquit et non apparet ex presse quis fuerit vel qui fuerint qui delinquerint,tamen stante hoc dubio omnes punientur.exemplum ponit quãdo posituz est partitum ad fabas albas z nigras et obtentum est partitũ ad de linquẽdum,licet non sciatur vere quis dederit fabas albas ad de lictum committendũ:tamen omnes debent puniri,et hoc ne deli cta remaneant impunita.ad quod allegat Barto.hoc tenentem in dicta.l.aut facta.in.§.fi.in.iiij.colũ.ff.de penis.qõ multuz nota. ad materiam glo.in.l.item nulla.§.si plures.ff.ad le.aquil.de qua dixi.s.in singulari primo,licet iudicio meo hoc nõ dicat Barto. si recte ponderentur verba sua ibi.Item adde etiam alium casum in quo sequimur qõ durius est qui casus est in notario scribẽte fal sum instrumẽtum cui abscindi debet vna manus:nã debet abscin di manus dextra cum qua deliquit et non sinistra que est minus digna z minus vtilis ipsi notario.Ita dixit And.de Jser.in.c.j.§. scriba.de prohi.feu.alie.per Federi.in vsibus feu.quem ibi refert et sequitur Cardi.Alexandrinus.circa finem.qõ dicit notandum esse ad limitationem eorum que habentur in auf.sed nouo iure. C.de seruis fugi.Et vide Bal.in.l.data opera.in.vij.colũ.versicu. Unde in casibus istis ꝛc.vbi dixit qõ dubio in deteriorem partem interpretanda sunt propter rigorem iudiciorum cõseruandum.

(Alium casum vide per Ange.in.l.verum.la.ij.ante fi.in ver.vlti. sub die.ff.de furtis.

219 ¶ Obligatio non continens causam est inefficax.Ita dixit glo. in.l.instrumenta.C.de pba.z in.l.generaliter.in verbo,causa.C.de de non nume.pecu.z voluit Bart.in.l.nuda.C.de dona.z Salice. in.l.j.C.de confes.Bar.in.l.j.C.de eden.Specu.in titu.de confes. in.§.nunc videndũ.ver.Sed que est ratio.in.ij.parte.et ibi Joan. an.in addi.incipien.Rofredus ꝛc. (Vide Alex.hoc limitantem et not.loquentem in consi.157.incipien.Viso themate.invlti.col. in.vj.volu.) Et volunt alij q̃plures docto.in diuersis locis quos retuli in.l.j.in.§.preterea.in.viij.charta.ff.de cõnibus.vbi idẽ pro bauit esse in dispensatione pape:in donatione qñ incipit a pmis sione:in precepto iudicis:in petitione restitutionis in integrum. In petitione absolutionis a iuramento z in similibus.Et teneas ppetuo mẽti vnum de quo etiã feci mẽtionem,vcz qõ istud nedũ pcedit in causa ciuili,sed etiam in criminali:in qua similiter non valet cõfessio facta sine causa.Ita singulariter voluit Pe.de anc. in cõsi.suo.xxiij.inci.Visa inquisitione formata cõtra Philippũ. in.j.col.ver.Item nuda cõfessio.vbi inquit qõ cõfessio sine causa in criminalibus nõ preiudicat confitenti sicut nec in ciuilibus.qõ dictum tanq̃ mirabile et aureis literis rescribendũ teneas menti perpetuo,quia posset tibi afferre honorem simul z vtilitatez:z de hoc dicto feci mentionem in dicta.l.j.§.preterea.in.d.viij.charta. ff.de questionibus.

220 ¶ Fideiussor accedens obligationi regulariter hz beneficium excussionis.auf.pñte.z ibi doc.C.de fideius.et in auf.de fideiusso. in prin.et in auf.hoc si debitor.C.de pigno.cũ similib⁹.Sed pone Florentinus vel Senẽsis dat fideiussorẽ Bononie,qui Florenti nus in domicilio suo est idoneus z solucdo.sed hic Bononie vbi iudiciuz agit nihil habet:an hoc casu absq̃ eo q̃ alia fiat excussio in bonis sitis Florentie possit ipse fideiussor conueniri:in quo di cas qõ non,sed ad hoc vt ipse fideiussor possit cõueniri hic necesse est qõ primo fuerit facta excussio in bonis principalis etiam sitis extra iurisditionem iudicis vbi iudicium agitur.Ita singulariter dixit Jaco.de are.quem refert et sequitur Bald.ibi in.l.fi.§.sed si cum Seio.ff.si cer.peta.qõ dictum refert et sequitur do.Alexã.in consilio suo.308.incip.In causa que vertitur.in vlti.col.Limita tamẽ hoc dictum fm Bal.in.d.§.si cum Seio.et do.Alexan.in.d. cõsilio esse verũ z pcedere quando facilis esset exactio seu excussio bonorum alibi sitorum,als secus:quia absurdũ esset qõ actor co geretur peregrinare faciendo excussionem in diuersis locis.et ad hoc plura allegat Bal.et do.Alexand.in dictis locis que videas per teipsum.

221 ¶ Restitutio in integrũ retinet naturã prime cause et fm illam regulã,adeo q̃ vt scis sicut in cã criminali nõ potest interuenire pcurator,vt in.l.penulti.in.§.ad crimen.ff.de public.iudi.et in.l. seruum quoq̃.§.publice interest.ff.de pcur.z in.c.veniens.extra de accu.Ita nec in petendo restitutionẽ in integrũ aduersus sen tẽtiam latam in cã capitali poterit interuenire pcurator.Ita no. dixit Bal.in.l.j.§.pe.in fi.ff.de postulando.qõ dictum pro not.et singulari refert et sequit do.Franc.de aret.in.d.c.veniens.in.xxij. colũ.de accus.Quod dictum nota.in practica qñ clientulus tuus minor vellet petere restitutionẽ in integrũ aduersus sniam capi talem cõtra eũ latã in casu quo posset eã petere,vt dixi in.l.j.§.fi. in fi.ff.de cõnibus.nã tunc debet eã ipse petere et nõ potest eã pe tere per pcuratorem.ad q̃ etiam vide que dixi.s.in singulari.88. incip.Stante statuto.in fi.verbis.

272 ¶ In hac inclyta ac regia ciuitate Bononie mihi patria amenissima, hactenus fuerūt, ⁊ de presenti sunt aliqui ꝓcuratores doctissimi in vtraq̄ cēsura qui nō dubitāt cū quocunq̄ peritissimo viro allegationes iuris oreten⁹, ⁊ etiā in scriptis facere. Audeo qō si vera loqui fas est aliqui ꝓcuratores huius ciuitatis sunt doctores aliquorū doctorū aliquarū ciuitatū Italie, ⁊ aliarū ꝓuinciaruz, ⁊ inter alios est hic ser Melchion de zanitis ꝓcurator vir profecto magne practice ⁊ scientie qui primis diebus elapsis allegando in quadā cā dixit singu. verbū qō nō memini ab alio nec doctore nec ꝓcuratore viuo audiuisse, vez. Tu scis qō si deduco vnam causaz in libello, ⁊ postea probo de alia succūbā. l. habebat. in princip. ff. de institu. ⁊ habeť in. l. j. ff. si mess. fal. mo. dixit. per Bar. in l. j. in princ. in. ij. col. versi. veniamus ad causam. ff. de eden. ⁊ p Inno. in. c. ex parte. de priuileg. hoc tñ limitatur singulariter nisi causa ipsa esset cognoscenda de equitate vel sola facti veritate inspecta, nam tali casu, lz actor in libello deduxerit vnā causam ⁊ ꝓbauerit de alia cā debebit obtinere, ad quod allegauit Bart. hoc expresse dicētē si eius verba recte pōderētur in. l. emilius. in. ij. colū. ff. de mino. ⁊ do. Alex. hoc idem clarius dicētem in. l. fi ita stipulatus. in. ℌ. grisogonus. in. v. col. ff. de verbo. oblig. nō tamē allegat Barto. in. d. l. emilius sed allegat hoc voluisse domi. Anto. in cōsilio suo incipiēte. Viso dicto puncto. ⁊ Jo. and. in additio. Specu. in ti. de actio. ⁊ petitio. i. ℌ. sequiť superversi. hoc quoq̄. ⁊ Barto. in trac. suo ad reprimēdū in verbo, sine figura, ⁊ alios de quib⁹ ibi per eū, que doctrina est nota. nō fallor ⁊ eā addere poteris ad materiam clausule sola facti veritate inspecta de qua per doceť. in clementina sepe. de verb. signi. vbi per Lāfrā. in. ij. col. ⁊ per Jmol. in. c. dilecti. de iudi. ⁊ per Bald. in. l. nemo. C. de sentē. ⁊ in c. j. ℌ. inuestitura. de noua for. fideli. ⁊ per Barto. in tracta ad reprimēdū. in verbo, summarie. ⁊ per Bart. in repe. l. ne quicq̄. in. ℌ. plane. ff. de offi. procōsu. ⁊ in. l. iudices. c. de iudi. ⁊ per Ludo. roma. in cōsi. suo. xx. incip. Viso puncto. in. ij. col. ⁊ in cōsi. lix. inci. In casu proposito ante fi. (Vide omnino domi. Philip. decium in consi. xj. incip. quoniam. in vlti. col. ⁊ Alexan. in consi. cxiij. inci. viso processu ⁊c. in vlti. col. in. vj. volu. ⁊ Soci. in consi. cv. incipien. visis testibus. in vltima colum. in fi. in. iij. volu.) Hippolytus de Marsilijs Juris Utriusq̄ Doctor Bononiensis.

273 ¶ Notissimū est in iure qō vn⁹ testis deponēs de re ipsa de qua agiť facit semiplenā probationē vt voluit Barto. ⁊ alij in. l. admonēdi. ff. de iureiur. ⁊ in. l. bonefidei. C. eo. titu. cum simi. Et habens vnum testem, ⁊ sic semiplenam probationem potest petere a iudice sibi deferri iuramentum in supplemētum probationis, ⁊ iudex tenetur illud sibi deferre regulariter vt tenent omnes scribentes in dictis iuribus. Attamen teneas mēti qō istud nō procedit nec locum habet in illo qui pro se examinasset vnum testem qui esset spurius quoniam non deferretur sibi iuramentum in supplementum, ⁊ ratio est quia spurius cēsetur infamis ⁊ eius fides nō facit semiplenam probationem. Ita dixit Ludo. roma. in. d. l. admonēdi. quod dictum ibi refert ⁊ sequitur domi. Joan. baptista de caza lupis. in. xvij. char. in. j. colum. versicu. xv. fallit. ad quod allegat etiam Azo. in summa. in titu. de natura. libe. et Bald. in. l. j. C. de

de iure

iure aureo.annulo.ꝛ alios de quibus ibi per eũ.Et subdit ipse.d. Joã.baptista:vbi supra in verñ.xxvj.eadem ratione idem esse in spurio petẽte sibi deferri iuramentuz quãdo probauit per vnum testẽ:qz in hoc iuramẽto sibi deferẽdo fungitur vice testis ꝛ tanꝙ infami tale iuramẽtum nõ est sibi deferẽdum:ꝛ allegat ea que dixi in dicta repetitione.d.l.in.xij.fallentia. (Vide do.Phili.deciuz in cõsi.xxxvij.incip.in causa.in.iij.colum.circa principium.) Et subdit postea ipse in versicu.xxvij.ibi sequenti qꝙ eadem ratione idem erit in feneratore cum ipse sit infamis:vt in.l. improbum.C. de infami. (Et ibi vide Pau.de castr.ꝛ Alex.in cõsi.xcij.incip. repetitus.in.j.colũ.in.vj.volu.) Et per Cy.in.l.si quis ad declinandum.C.de episco.ꝛ cleri.ꝛ in.l.j.C.de summa trinita.ꝛ fide catho.ꝛ in.l.cassius.ff.de senato.Et ideo cõsequẽter dicit qõ si vnus testis erat feneratoꝛ quẽ ego produxi vel ego qui volo iurare sum feneratoꝛ nõ deferetur mihi iuramẽtũ.Ita dixit in indiuiduo dixisse Bal.in.l.qui accusare.C.de edẽdo.qõ dictũ ꝑm eum sequunt ibi Soder.ꝛ in.d.l.admonendi.Pro quo dicit bñ facere qõ dixit Matha.in not.suo.l.ꝛ do.An.in.c.raynutius de testa.vbi dicunt qõ instituto feneratore videt institutꝰ turpis persona:ad finez vt testamẽtũ fratrũ possit expugnari per fratrẽ preteritũ de quo in l.fratres.C.de inoffi.testa.Ego aũt supradicta de spurio ampliabã vno modo,postea limitabã aliquib⁹ modis.ꝛ primo ampliabã procedere superius dicta nedum in spurio meretꝛ de facto spurio: sed etiã in spurio legitimato qz spurius etiam si fit legitimatus est infamis.Bald.in.l.generaliter.C.de institu.ꝛ substitu.sub condi. fact.pro quo facit quod voluit idẽ Bal.in.c.fi.in.ij.col.de trãsla. epi.vbi dixit qꝙ spurius legitimatus est assimilatus homini medicato a morbo remanente aliqua cicatrice:ꝛ facit etiã glos.no.in.c. cõstituit.xvij.qõne.iij.que voluit qõ infamia remaneat apud infamẽ extincta causa infamie.Ideo dicit qõ iudeus in casu in quo nõ potest esse testis cõtra Christianuz non poterit etiã esse testis cõtra eum si efficiatur Christianus ꝛ sic post baptismũ.quem tex. ꝛ glo.allegauit pro singulari.Lud.ro.in singulari suo. ccccccxcvij. incip.Veniamus ad lucrum panis.Et facit glo.not.in.l.qui cum vno in.ff.ignominia.ff.de re mili.que dixit qõ periurus etiã post peractam penitẽtiam nõ poterit esse testis sicut nec antea poterat.quam glo.ad hoc allegat Bald.in.l.lucius in fi.ff.de infami.ꝛ facit etiã.nã inimicus etiã post pacem factã nõ põt este testis cõtra illum cum quo habebat inimicitiam.Ita dixit do.Alexan.in cõsi.suo.xcix.incip.In causa inquisitionis.pro quo allegat bonũ text.in.c.accusatores.el primo.iij.q.v.de quibus latius dixi.ſ.in singulari.cvij.inci.Priuilegium dignitatis.vbi videas. Limito tñ predicta de spurio non procedere nec locum habere in spurio alꝰ bone cõditionis vite ꝛ fame,nam propter bonitatem ꝛ legalitatem persone recedit a regulis iuris cõmunis per glo.singu.in.l. titio fundus.ff.de cõditi.ꝛ demon.de quo late dixi forte vltra oẽs in.l.j.ff.ad questionẽ post prin.ff.de questioni.ꝛ in repeti.mea.l.fi. C.de probatio.in.iij.char.Limito etiã istud nõ procedere in spurio effecto religioso,nã si talis deponit pro aliquo facit semiplenã probationẽ adeo qꝙ poterit deferri iuramentũ parti pro qua deposuit.Ad quod dicendũ moneoꝛ ex not.doctrina Guiliel.de cu. in.l.j.C.de sacro san.eccle.quẽ ibi refert ꝛ sequit Bal.vbi singu.dixit qõ per ingressum religionis filius spurius efficitur legitimus. qõ dictum refert etiã ꝛ sequit Lu.ro.in repe.aut.similiter in.vij. priuilegio.C.ad.l.fal.ꝛ do.Feli.in.c.testimoniũ in.xj.colũ.in fi.extra de testi.ꝛ in.c.ex tue de simo.in prima colũ.circa me.de quo dicto feci mentionẽ in repe.mea rubri.ff.de fideiusso.in.xij.q.loquẽdo de dignitate ordinis clericatus.Moneoꝛ preterea per singulare verbũ Joã.de imo.in.c.cũ.R.de officio deleg.vbi dixit qꝙ licet frater nõ possit esse testis pro fratre.vt in.l.parentes.C.de testi.cum simi.tamen istud fallit in fratre religio.nã talis frater admittitur ad testificandũ pro fratre:quod dictum refert ꝛ sequitur Barba.in.d.c.cũ.R.canonicus.in.v.colũ.de quo dixi similiter in d.mea repe.rubri.de fideiusso.vbi.ſ.Et pro hac limitatiõe faciũt optime q̃plura per me accumulata circa dignitatẽ clericatus seu religionis.in.d.rubri.in.xij.q.que videas.Limito etiam predicta de spurio non habere locũ in spurio nobili ꝛ magne cõditionis ꝛ excellẽtie vt puta in filijs spurijs principũ vel regũ ꝛ similiũ. nam tales propter dignitatem ꝛ nobilitatẽ personarum suarũ facient semiplenaz probationẽ ex dicto suo,adeo qõ poterit deueniri ad declarationẽ iuramẽti in supplementũ probationis.Ad qõ dicẽdũ moneoꝛ primo p tex.sing.in.c. nobilissimus.xcvij.dist.vbi credit verbo simplici legati sine ostensione literarũ de sua legatione propter nobilitatẽ psone sue.Et illũ tex.ad hoc allegauit Ange. in.l.ex quacũq;.ff.fi.ff.de publicia. Moneoꝛ etiã per tex.no.in.l. filiussa.ff.de dona.in.ff.nõnunꝙ vbi habet qõ prohibitio donationis facte regulariter filiussa.nõ extẽditur ad filiossa.senatoris vel alterius dignitatis:ꝛ hoc propter dignitatẽ persone.quẽ tex. ad hoc multũ notat Ang.in.l.obligatiõe generali.ꝛ ibi dixi legẽdo.ff.de pign.p quo facit siug.verbũ Pau.de castr.qõ retuli.ſ.in sing.cxiij.incip.vulgatũ ꝛ tritũ est.qõ nõ refero breuitatis cã.de quo etiã feci mentionẽ in.l.j.ff.ad qõnẽ circa me.ff.de questio. Et facit optime not.verbũ Bal.in.l.exẽplo in fi.C.de pba.vbi dixit, quidã Cardinalis tanꝙ legatus de latere asserit se habere certas speciales cõmissiones puta ad legitimãdũ vel restituendũ fame ꝛ processit ad executionẽ illarũ:tñ litere apostolice de mãdato non apparẽt.ꝛ ideo reuocat in dubio qõ factũ est.querit quid iuris.in quo ipse Bal.respõdet qꝙ si publice fecit huiusmodi actus nõ semel sed pluries presumit qꝙ habeat mandatũ qõ asserit ꝛ valẽt gesta nõ rõne cõmunis erroris sed rõne presumpte veritatis ꝛ assertiõe talis ꝛ tãti viri.allegat no.in.c.cũ ex literis de restitu.in iteg. in nouella qõ dicit esse mẽti tenẽdũ.pro quo faciũt optime dicta per Sali.in.l.j.ff.de mã.prin.ꝛ facit qõ voluit.d.Feli.in.c.qz verisimile in prin.vlti.col.de presumpt.vbi no.dixit qõ lz nõ credat testi deponẽti nõ verisimile per illũ tex.ꝛ que ibi habent:tñ hoc nõ pcedit in testibus valde dignis qz tales testes tm̃ probãt quãtum testes alꝰ idonei cũ fama,qõ dicit esse sing.not. (Vide Jas.in.l. iubemus in.ij.ꝛ iij.col.C.de iudi.) Quibus etiã addi põt dictuz Alberi.de ro.in.l.additos.C.de episcopali audiẽtia.Et Bal.in.l. additos.C.de appel.quos refert ꝛ se quit.d. Bartho.ce.in caute. suis caut.ij.nã tu scis qõ eximẽs de manib⁹ familie aliquẽ reũ criminis qꝙ punit crimine legisiulie maiest.ꝛ sic pena mortis vt dixit Bar.in.l.cuiusq;.ff.ad.l.iul.maiest.ꝛ eadẽ pena punit qua veniebat puniẽdus ille exẽptus.vt habet in.l.j.C.de his q latro.occulta.quẽ tex.ad hoc allegat Bar.in.l.si qs in fi.ff.ne qs eum.de quo latius p Alex.in cõsi.suo.xxxv.inci.Viso themate in.ij.col.ij.vol. Sz hoc fallit in cardinali.nã qñ reus criminis ducit ad iustitiã et obuiat alicui cardinali tũc ipse cardinalis põt illũ reũ auferre de manibus familie,ꝛ familia nõ dz sibi facere aliquã resistentiã sed ob reuerẽtiã ipsius cardinalis eũ sibi tradere. (Idẽ dixit Bald. in repto.suo in versi.priuilegiũ circa fi.ꝛ Jas.in rub.C.ne lice.potẽ.) Ita dicit Alb.in.d.l.aditos.se audiuisse in romana curia lz hoc de iure nõ reperiat cautũ.qõ dictũ ibi refert Pau.de ca.in fi. dicẽs qõ istud dictũ est vbiqꝫ diuulgatũ.Ex quo dicit qꝙ tpe quo erat curia romana Florẽtie cauebãt rectores ꝛ cardinales nõ ire p loca per q̃ criminosi ducebãtur. Et sic p ista limitabam dicta de spurio nõ habere locũ in spurio nobilissimo ꝛ dignissimo:p qb⁹ optime faciunt q̃ dixi de testibus legalissimis.in.l.j.ff.si qs vltro post prin.ff.de questio.Potes etiã limitare predicta non habere locũ vbi nõ posset alia probatio haberi.nã tunc admitteret ipse spurius per ea q̃ dixi in repe.mea.l.fi.C.de probatio.in.v.char.circa prin.ꝛ supra in singu.lxxij.incip.plures.Vltimo circa hãc materiã spurietatis scias qõ si aliqs notarius spurius fuit notarius alicui⁹ cause scripsit pcessum,ꝛ fuit rogatus de gestis in cã a partibus ꝛ a iudice ꝛ ista fecit ad banchũ iuris tanꝙ notarius banchi publici:qꝙ talis pcessus nõ vz sed corruit ꝛ nõ facit probationẽ. Ita multũ notãter dixit do.Alex.in cõsi.suo.lxxx.incip.examinato processu.in.j.col.in.ij.vol.ad qõ adducit Bar.hoc in terminis dicẽtẽ in.l.eadẽ ante fi.ff.ad.l.iul.repetũ.vbi dicit qõ infamis ꝛ sic spurius nõ poterit exercere aliqõ officiũ publicũ puta qꝙ esset notarius ad bãchũ iuris.ꝛ alle.no.in.l.ij.ſ.miles.ff.de hisq no.infa. de quo latius p do.Alex.in.d.cõsi.suo,qõ pfecto est singulare verbũ qz poterit facere corruere infinitos pcessus factos p notarios spurios ad banchũ iuris. Ego in officijs q̃ fere p totã Italiã habui semp ad bãchum meũ iuris vnũ ꝛ qñ duos notarios spurios habui q erãt rogati de oĩb⁹ processib⁹ agitatis coram me ꝛ iudicib⁹ seu assessoribus meis:ꝛ partes semp tacuerũt ego quoqꝫ tacui ne repellendo eos facerem eis iniuriã dicendo eos esse spurios ꝛ sic infames:nã vt supra in prin.dixi spurij sunt infames ifamia facti vt etiã dixit Bal.in.c.j.ſ.naturales.in.ij.col.si de feu.fue.cõtro ꝛ do.Alexan.in cõsi.suo.ij.incipi.visis codicillis.in.iiij.colum.in.j. volu.vbi ad hoc alle.Azo.in summa.C.de infa.circa prin.et idem dixit ipse do.Alexan.in cõsi.xxv.incip.Circa primũ dubiũ.in.iij. col.in eo.vol.ꝛ in cõsi.lxvij.incip.Cõsideratis ꝛc.in.vij.colum.in eo.volu.ꝛ in cõsi.xciij.incip.Cõsideratis ꝛc.in.iij.colũ.in eo.volu.et in cõsi.lxxx.incipi.Examinato pcessu.in.j.col.in.ij.volu.Teneas etiã mẽti in hac materia delationis iuramẽti qꝙ periuro nõ deferet iuramentũ in supplementũ pbationis ꝑm doct.in.c.fi.de iureiu.quos refert Soci.in 2 si.cxxxvj.incip.Prestãtissime.in pe. col.pro qbus facit regula semel malus cũ simi.ꝛ faciunt que late dixi in.l.maritus.in.vj.ꝛ vij.col.ff.de qõni.Tene mẽti predicta qz facient tibi honorẽ ꝛ fructuz dabunt in tpe oportuno,ꝛ forte ista alibi reducta nõ inuenies ni fallor.

274 Licet regulariter ea q̃ sunt nulla nõ sint in cõsideratiõe:ꝛ aliquid nõ operent:vt habet in.l.iiij.ſ.cõdẽnatũ.ff.de re indi.ꝛ in.l. nõ putauit in.ff.nõ queuis.ff.de bo.pos.2 tratabu.ꝛ in.l.quotiẽs. ff.qui satisdare cogan.cum multis simi. (Vide Jaso.in.l.licet.C. de procura.ꝛ qꝙ nulla ꝛ inualida sint in consídera.ꝛ operẽtur vide Lu.roma.in cõsil.ccccl.xxxiij.incip.saluatoris suffragio in.ij.colũ. versi.iij.qz videmus ꝛc.vide.j.in singu.ccccxxxj.incip.dixi tibi ꝛc.ꝛ vide omnino Alex.in cõsi.clxxxij.incip.in cã lite in.iij.colum.in vj.volu.Abba.in cõsi.xxxvij.incip. in qõne ꝛc.in.ij.colũ.in versi.

nec obstat q̄ dictus ꝛc. in .iij. volu.) Attamē teneas mēti perpetuo vnum casum in quo nullū ꝛ inualidum operatur magnū effectū. Nam ad hoc vt tertius cōparens merito sit audiendus tanq̄ sua interfit, sufficit qđ de iure suo doceat apparēter. licet excipiat̄ vel replicetur de nullitate ipsius iuris sui: vnde sufficit probare se electum licet statim dicat̄ electionem nullam vel non canonicam. Ita sing. dixit Inn. in c. veniens el secūdo. super ver. intentionez de testi. ex quo dicto dicit ibi Cardi. qđ cum quidā fratres venirēt vt tertij ꝛ probassent in primo congressu de quadā vnione debuerunt audiri licet statim diceretur inualida. Et ita dicit obtinuisse Florētie claudēdo per illud dictū ora allegantium, qđ dictū dicit ipse esse signādum cum centum manibus. Quod dictum ꝛ omnia quasi supradicta ponit. d. Feli. in. c. cum super in. vij. col. versiculo ad hoc vt tertius de re iudi. ad qđ etiā allegat. d. Cardi. in cōsi. suo lxx. inci. In causa fratrū omniū sanctorū. vbi loquitur in materia nō tñ allegat dictū Inno. ꝛ alia etiam adducit ibi. d. Feli. pro hoc dicto de quibus ibi per eum. Sed latius etiam ista ponit ipse do. Feli. in. d. c. veniens el secūdo de testi. in. v. col. in versi. quinta conclusio. vbi dicit qđ dictum Inn. sequitur Spe. in titu. de offi. iudi. in. §. postremo. ꝛ Bar. in. l. a diuo pio in. §. si super rebus. ff. de re iudi. ꝛ Car. in cle. j. de re iudi. Et ibi etiā ipse. d. Feli. ampliat doctrinā Inno. ꝛ sequacium quem vide. Teneas menti predicta ad impedien. execu. sentētiarū qm̄ potest sepius occurrere in facto vt superioribus diebus occurrit duz ego essem iudex mercantie hic

☞ Bononie. (Et adde hic qđ licet cōfessio facta cora iudice incōpetenti regulariter non noceat vt habetur in. l. magistratibus. ff. de iurisdi. om. iudi. tū talis cōfessio facta coram incōpetenti operatur qđ cōfitens talis nō poterit variare coram cōpetenti. ita dixit Inno. in. c. per inquisitionē de elec. quē refert ꝛ sequitur Ang. in l. quero in. §. seruum. ff. de edil. edic. et vide omnino not. verbum Alex. in cōsi. cccclix. incip. in causa ꝛc. in vlti. verbis.)

275 ¶ Statui omnino te docere singulare verbuz paucis crede mihi notum per quod poteris immēsum honorem ꝛ gloriā: necnō magnas pecunie quātitates cōsequi. Ideo attēde. Nam si iudex maleficiorū formaꝛ cōtra furez inquisitionē de furto dicēs in ea inter cetera q̄ ipse fur accessit tali tēpore ad domum talis puta Titij ꝛ furto subtraxit vestē vel pecuniā vel aliquid aliud qđ pertinebat ad ipsum Titium. Certe hoc casu nō procedit ipsa inquisitio sed corruit, sed necesse est vt dicat qđ talis res furata pertinebat ad Titiuz iure dñij vel quasi. alʒ si simpliciter diceret qđ ad Titium pertinebat non procedit inquisitio vel accusatio qm̄ illud verbuz pertinere latissime sumitur ꝛ etiā cōprehendit eū cui debeꝯ actione personali vt habeꝯ in. l. verbū pertinere. ff. de verb. signi. ꝛ ideo nō competeret accusatio vel inquisitio pro furto: ꝛ sic debet sequi absolutio. Ita singula. ꝛ mirabiliter dixit. d. Maria. Soci. in cōsi. suo. viij. inci. Omnipotens deus. aliter inci. Visis ꝛ diligēter in. ij. col. vbi dicit q̄ ita sing. cōsuluit Bar. in cōsi. suo. cliij. inci. vī dicēdū dictos accusatos. ꝛ hoc p not. in. l. j. §. scenola. ff. si qs testamēto

☞ lib. esse iust. fue. ꝛ per Cy. in. l. si abducta. C. de fur. (Et p hac pte faciunt q̄ dixit Ang. de are. in trac. malefi. in verbo, ꝛ vestē celestez in pe. char. in ver. ꝛ aduertas bene qz in ingsitione ꝛc. vbi oīno vide. ꝛ Jas. in. l. licet inter priuatos nu. xv. C. de pac.) Tene menti rogo qz poteris euadere mille inquisitos vel accusatos de furto a pena mortis. nā sepenumero in accusationibꝰ vel inquisitionibꝰ de furto omittunt̄ illa verba iure dñij vel quasi vt docet experientia. Vide tñ dictū Ang. in. l. j. §. interdictū. ff. si pars heredi. petat̄ qđ videꝯ destruere predictā doctrinā si bene pōderetur: ꝛ vide que dixi in practica mea causarū criminaliū in illo dubio. vcz an sit necesse qđ ante oīa cōstet iudici inquirēti de noīe offensi. vbi plura adduxi. ꝛ vide etiā oīno Ang. in. l. fallsus in. §. qui alienum in ver. in tex. ibi nihil ꝛc. ff. de fur. ꝛ vide etiā de isto verbo ptinere Abb. post do. Ant. in. c. j. in. iiij. col. de cā pos. ꝛ ppie. ꝛ in. c. cū cōtingat. in prin. de decimis. ꝛ vide. d. Feli. in. c. inter dilectos in. ij. col. de fi. instru. vbi plura dicit de hoc verbo.

276 ¶ Parum ꝛ nihil equiparanꝯ. c. licet causam. §. quāq̄ in verbo nulla vel modica. extra de proba. ꝛ probatur insti. ad. l. falci. circa

☞ prin. in ver. pro nullo aut minimo lucro ꝛc. (Vide Barba. in cōsi. lxxiij. incip. scripsit ꝛc. in. j. col. in. iij. volu. ꝛ omnino Jas. in. l. si is q pro emptore. in. ij. col. ff. de vsucapio. ꝛ Jas. omnino in. l. sciendum. in. ij. ꝛ. iij. col. ff. qui satis. cog. vbi adhuc plura not. dicta in hac materia qđ parū vel nihil equiparanꝯ.) pro quo facit gl. i. §. pe. in aut. de instru. cau. ꝛ fide. in verbo, inter quos ꝛc. que dixit qđ parum scire ꝛ nihil scire equiparantur. Et ideo dixit Ludo. ro. in sing. suo. cccxxxj. incip. Hodie quidā q̄ statutum prohibens alienare domum in forensem nō habet locū in parua domo. ad quod allegat tex. quem dicit sing. in. l. senatus in. §. marcellus. ff. de leg. j. vbi hoc etiam sentit Ang. ꝛ dixit Bal. in. c. cum te. de re iudi. qđ officialis pro minimo non est sindicandus. allegat. l. quānis. ff. de cōdi. ꝛ demon. ꝛ. l. cui dens. ff. de edil. edicto. pro quo facit. l. seio. ff. de in integ. restitutione. ꝛ. l. omnino. ff. de impēsis. ꝛ. l. res bona fide. ff. de contrahen. emptio. Pro quibus etiam facit. nam parū vulnusculuz nō est in cōsideratione. vt est tex. in. l. j. in. §. proinde. ff. de edil. edicto. adeo qđ statutum puniens vulnerantē nō comprehendit facientem vulnusculum seu paruam cutis scissuraz ſm Bald. in. l. fi. C. de edi. act. in. j. col. vbi etiam subdit qđ si statutum dicit qđ sindici teneantur denuntiare percussiones sanguinolentas non tenentur denuntiare. vbi est leuissima cutis scissura: ꝛ allegat dictā. l. cui dens. ꝛ dicto. §. proinde. quem text. dicti. §. etiam ponderauit Ange. ꝛ Ludo. roma. in. l. j. §. excusantur. ff. ad silleia. Pro quibus facit glos. not. in. c. cum illorum in verbo sanguinis de sentē. excom. ꝛ in cle. ne Romani in. §. fi. in ver. effundendis. de elect. ꝛ in. c. placuit el secundo. xvij. dist. ꝛ facit. l. quesitum. ff. de re iudi. vbi dicitur qđ appellatione febris non venit leuis febricula. Et dixit Bald. in. l. si quis in hoc genus. in. l. fi. C. de epis. ꝛ cle. qđ si statutum vel lex punit offendentem clericuz, comprehendit solum ei inferentem atrocem iniuriam non autem lenem. et possem adducere forte ducentum dicta in hoc proposito que alʒ cumulani ad materiaz. d. l. quesitum. que omitto breuitatis cā. Attamen scias qđ inter alios casus qui possent adduci in quibus etiam parum seu modicum est in cōsideratione ꝛ multū operatur est vnus casus multum nota. vcz qđ licet res inter alios acta tertio nō preiudicet vt in toto ti. c. res inter alios acta. ꝛ habeꝯ in. c. pe. de re iudi. cum simi. attamen snīa inter alios lata cōtra tertium operatur quale quale preiudicium: ꝛ sic modicū preiudicium vt habetur in l. a snīa. ꝛ in. l. sepe de re iudi. Et istud quale quale preiudiciū operatur maximum ꝛ mirabilem effectum, nam equipollet semiplene probationi habili ad deferendum sacramentum in defectum semiplene probationis. Ita multum singu. dixit. d. Ant. in. c. pe. in. iiij. col. de re iudi. ꝛ dicit qđ hoc tenet Bar. in. l. admonendi. in xiij. col. versi. quero quid si dicta testium. ff. de iureiurā. vbi dixit qđ si dicta testiū sint recepta inter alias personas faciunt quo ad alios semiplenam probationem: qđ dicit esse verum si tales testes nunc examinati nō possunt, alʒ sibi imputaretur cur de nouo nō faceret eos examinari: qđ dictum etiam ponit do. Ant. ꝛ Abb. in c. fi. de iureiurā. ꝛ do. Alex. in repe. d. l. sepe. in. xvij. col. in prin. de re iudi. vbi dicit tene menti istud dictum obsecro. qz est de pane lucrādo. ꝛ istud dictum etiam refert ipse do. Alexā. in. l. si duo patroni in princi. ff. de iureiur. vbi etiā ponit de isto quali quali preiudicio. ꝛ in. d. l. admonendi. in pe. col. versi. querit etiam Barto.

☞ hic quid si dicta testium. (Vide. j. in sing. cclxxj. incipiēte testis de auditis ꝛc.) Item pro istis etiam faciunt optime dicta per Ang. in. l. ij. in fi. C. de edēdo. vbi dicit qđ sentētia lata inter alias personas facit quale quale preiudicium quo ad semiplenam probationē. Inter alias personas faciunt etiaz dicta per Bald. in. d. l. si duo patroni. ꝛ predictam doctrinam. d. An. in. d. c. penul. de re iudicata refert dominus Feli. ibi in prima colum. ꝛ in. c. cum dilecti in vlti. colū. de accusa. d. Abb. in dicto cap. penultimo reputat hoc dictum nota. tamen dicit esse relinqueñ. iudicis arbitriio qui arbitrari debet ſm qđ sententia tangit ius absentium. allegat aliqua de quibus ibi per eum de quo latius per dominum Alex. ꝛ. d. Feli. in dictis locis superius alleg.

277 ¶ Licet supra in sing. lxxxvij. incip. stante statuto. Plura dixerim circa materiā recursus ad superiorem vt ibi patet. Attamen nuperrime in eadem materia capias aliud notabile verbuz succi plenum vcz. Tu scis qđ exceptio nō nume. pecu. nō potest opponi post biennium vt est tex. in. l. in cōtractibus in. §. illo. C. de non numerata pecunia. attamen poterit creditor post biennium implorare officium iudicis ſm Bald. in. l. illicitas in prin. ff. de offi. presidis. Quod dictum reputat sing. Belenzinus in. c. fi. de solutio. in apostillis. ꝛ ratio esse potest quia prohibitus excipere non prohibetur iudicis officium implorare ſm Bar. in. l. j. §. et parui in. ij. col. ff. qđ vi aut clam. ꝛ dixi in. d. singu. lxxx. Item sciasetiā q̄ licet post biennium nō possit opponi dicta exceptio, tñ bene pōt opponi exceptio doli qz dolo ꝛ fraude petit vel dicit solutam pecuniam nō numeratam. Ita singu. dixit Hosti. in. c. si cautio de fi. instru. qđ dictuz refert ꝛ sequit Barb. in cōsi. suo. xviij. incip. Preclare scribit. in vlti. col. in. ij. volu. suorum consiliorū. Ubi dicit qđ

☞ istud dictuz sequuntur omnes docto. (An aūt de iure canonico possit ppetuo opponi exceptio non nu. pe. vide Jas. in. l. cū qs in pe. colū. C. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ in. l. q pecuniā in. j. col. ff. si cer. pet.) Tene menti: qz sepe practicaꝯ materia ista nō numerate pecunie. Hippolytus de Marsilijs. J. U. D.

278 ¶ Habēs duos reos vel plures obligatos insolidū pro vno debito potest conuenire quem vult pro toto debito. vt habetur in. l. duos reos in prin. ꝛ in. l. reos. §. fi. ff. de fideiuss. ꝛ in. §. plures. insti. de fideiusso. Hoc tñ limita ꝛ restringe q̄ tali casu nō poterit vnus solus cōpelli nisi primo etiā alij fuerint requisiti seu interpellati ꝛ fuerint in mora. Ita notāter dixit Pau. de ca. in. l. in executione circa prin. ff. de ~~diuersis~~. vbi pro hoc alleg. bonū tex. in. l. fideicōmissa in. §. pe. ff. de leg. iij. quē tex. dicit se alibi nescire. ꝛ idez dixit d. Alex. in. l. ij. in. §. ꝛ harum post prin. ff. de verb. obli. ꝛ hoc etiam ipse sentit in eadē. l. in. §. ex his. pro qbus faciunt dicta per Abb. in. c. cum

in.c.cum deputari in.v.col.de iudi.Tene menti qñ est quotidianum ꝛ plures errant in hoc.

279 ¶ Dixi tibi superius in fing.248.incipi.Condition ꝛc.plura in materia mulierū.Et inter cetera dixi ꝙ lz mulier carcerari nō posfit pro debito,tñ hoc fallit in muliere meretrice:quia talis mulier meretrix poterit ꝑ debito carcerari ꝛ allegaui doct.hoc tenentes in plurib⁹ locis.Quod tñ ibi limitaui nisi talis meretrix sit maritata qꝛ tunc incarcerari nō poterit.ad ꝙ allegaui Joan.andre.in addi.Spe.in ti.de iniurijs ꝛ damno dato.ꝛ alios de quibus ibi videas.Sed nuperrime dico qō ista limitatio Jo.an.ꝛ aliorū volentiū ꝙ meretrix maritata nō possit carcerari est limitāda ꝛ restringenda nisi maritus talis mulieris meretricis sit leno vel infamis. nā tūc cōiugium nō obstaret quin talis meretrix nō posset carcerari pro debito.ita dixit do.Jo.bap.de sctō Seuerino in tractatu suo de debitoribus suspectis ꝛ fugitiuis.in.xiij.col.post me. pro quo allegat in ar.q̄ habenť in.l.si adulteriū.C.de adul.ꝛ in auť.sz nouo iure eo.tit.Tu vltra eū dicas qō ꝑ hac limitatione ꝛ doctrina facit optime in ar.tex.ꝛ q̄ ibi habētur per doct.in.l.in hārenā. C.de inoffi.testamē.Tene mēti:quia hoc faciliter istis tēporibus potest euenire in facto pluribus modis.

280 ¶ Licet quis possit agere ad declarationē iuris sui quando dubitat molestari vt habetur in.l.diffamari.C.de inge.manu.et in.l. si duo patroni.in prin.vbi glo.not.ff.de iureiur.ꝛ in.l.aurelius.§. centū.ff.de lib.leg.Et habetur plene ꝛ magistraliter ꝑ Ange.are. in rub.insti.de excep.in.xviij.col.versi.Scōo fallit.ꝛ in eadez rub. in.xxviij.col.ver.quarto aduertēdū ꝛc.Attamē tene mēti ꝙ si ego essem in possessione alicuius rei in qua nō haberem ius ꝛ dubitarē in ea molestari a te quē etiā scio nullū ius habere in eadē re non possem agere ad declarandum te nullum ius habere in illa re.sed tunc demū possum agere qñ pretendo me ius habere vt illud declaretur.ita sing.dixit Jnn.in.c.abbate post prin.in.j. col.de ver. signi.qō dictum pro valde no.refertꝛ sequitur Pau.de cast.in.l.si cōtendat.ff.de fideiuss.Et idem Pau.de ca.exclamat illud dictuz in.l.si finita.§.elegāter.ff.de dam.infec.ad limitationē.d.l.si contendat.qō est multū not.ad limitationem dictoruz iurium ſm.d. Alex.in.d.§.eleganter in.xj.col.ꝛ.d. Feli.in.c.olim in.vj. colū. de rescrip.quē vide.Item scias etiā qō si quis possideat rem quaz tñ restituturus est non pōt denegare restitutionē opponēdo exceptionem de iure tertij.ita not.dixit.d. Alex.in.l.si patroni in.§.qui fideicōmissariam in.iij.col.ff.ad trebel.vbi ad hoc allegat gl.quam dicit singularem in.l.his cōiter.§.j.ff.familie herc.ꝛ Bar.in.l.fi.ff. pro herede.ꝛ Bal.ꝛ mod.in.l.si aliena.ff.solu.matri.ꝛ idem dixit Lud.ro.in cōsi.suo.cccxlvij.incip.quo ad articulum.circa me.vbi etiam allegat.d.de rota hoc tenentes.Teneas menti qꝛ vere sunt puo no.dicta in iure ꝛ non parui ponderis.

281 ¶ Socius tenetur de culpa et negligentia vt habetur in.l. cum duobus in.§.venit.ꝛ ibi Barto.ff.pro socio.ꝛ in.l.socius socium eo titu.Et ideo teneas menti qō si aliqui contrarerunt societatē insimul ꝛ proposuerunt vnum ex eis negotiationi,qō si ille neglexit exigere a debitoribus societatis cū posset ꝛ illi debitores effecti sunt nō soluendo qō ille teneť de negligentia cōmissa in exigēdo.adeo qō in diuisione societatis tales debitores inhabiles imputabuntur in partem ipsius socij negligentis exigere dum erāt soluendo.ita sing.dixit Pau.de ca.in.l.si fideiussoz.ff.de fideiuss. Et vere non est adhuc annus, quod ego vidi hoc in facto inter duos macellatores socios in arte macellarie inter quos ita iudicatum fuit hic Bononie.

282 ¶ Creditor volens facere capere et carcerari debitorem suum tanquā suspectum de fuga debet ostendere iudici saltez summarie se esse creditorem illius quem capi petit in tanta quantitate: puta in centum.Item qō post tempus celebrati contractus debitor deterioravit conditionem suam.Item debet probare qō debitor non possidet immobilia, ꝛ si mobilia non tamen sufficiētia ad quantitatem debiti.Item debet dicere ipsum suspectuz de fuga ꝛ hoc probabitur per iuramentum ipsius creditoris,ꝛ hoc facto iudex debet dare licentiam capiendi debitorem fugitiuuz alīs istis non precedentibus talis debitor capi non potest:ꝛ si esset captus tanquam male captus deberet relaxari ſm Ange.ꝛ alios in l.nemo carcerem.C.de exacto.tribu.libr.xj.et Barto.et alios in l.ait pretor in.§.si debitorē.ff.que in frau.cred.ꝛ in.l.si is a quo.ff. vt in pos.lega.ꝛ in.l.si creditores.ff.de priuileg.cre.ꝛ per Bal.in.l. cōsentaneū in.vj.col.C.quō ꝛ qñ iud.ꝛ per Pau.de ca.in cōsi.suo xxxix.incip.Jn causa capture.ꝛ in consi.ibi sequenti incip.Pro pleniori ꝛc.Et ideo dixit Ang.multum not.in.l.si arbitro in.§.fi. ff.qui satisda.cog.qō imperiti assessores sequentes imperitos advocatos immediate ostenso instrumēto debiti ꝛ prestito inramēto de suspitione ꝛ fuga consueuerunt concedere familiam et capi facere talem debitorē ꝛ male faciunt ſm eum ibi,ꝛ refert infinitis vicibus practicasse hoc non valere sed immo requirunť illa quatuor que supra dixi.de quo etiam articulo habetur per doctores. in.l.fi.C.de feriis et per Bald.in.l.apertissimi.C. de iudic.et per omnes in.l.secunda.ff.solu.matri.ꝛ per do.Anto.in.c.fi.de feriis. et per Jmol.in.c.quemadmodum de iureiuran.ꝛ in.c.propter. de loca.in tertio nota.ꝛ per docto. institu.de actio.in princi.ꝛ in.l. si fideiussor.§.fi.ff.qui satisdare cogan.ꝛ late per do.Joan.bapti.de sancto Seuerino.in tractatu suo de debito.suspe.ꝛ fugi.per totū. maxime.in versicu.Sexto principaliter queritur.Teneas tamen menti ad restrictionem predictorum singulare verbum vcz qō licet vt supra dixi predicta quatuor requirantur ad hoc vt creditor possit habere licentiam capiendi debitorem suum suspectum alīs non possit capi. Attamen propter publicam vtilitatem poterit capi ꝛ carcerari talis debitor suspectus de fuga prestito solo iuramento de suspitione etiam nō facta fide aliter qō causa suspitionis de nouo superuenerit nec aliter ꝑbatis illis quatuor de quibus supra.Ita singu.dixit Paul.de castr.in.l.iusto.in prin.ff.de vsucapio.vbi etiam subdit qō si predictis non probatis contra capturam opponatur qō non valeat qō non debebit admitti querela propter frequentem vsum ꝛ ne multe capture irritentur arg. illius tex.pro quo dicto facit optime qō voluit ipse Pau.de cast. in dicto cōsi.suo.xxxix.inci.Jn causa capture.in fina.verbis.Tene menti qꝛ est doctrina not.ꝛ lucrosa ad sustinendum capturam non rite factā quā communiter ignorant procuratores. (Vide Jas.institu.de actio.in princi.in.xiij.colū.in fi.ꝛ in.l.si ab arbitro. in.ij.ꝛ.iij.col.ff.qui satisdare cogantur.)

283 ¶ Lapsus termini precludit viam contumaci.l.mancipiorum. ꝛ ibi Barto.ff.de optio.lega.l.diffamari.C.de ingenuis manu.l.si eo tempore.C.de remiss.pigno.l.si ea que.C.qui accusa.nō possunt c.licet causam.in princi.extra de probatio.glos.in clemen.sepe in verbo,non obstante extra de verbo.signi.cum simi.ꝛ ideo si alicui datus est terminus ad probandum si non probauerit in illo termino non admittet vlterius ad probandum vt in dictis iuribus. Quod tamen limita et intellige esse verum si iudex interlocutus fuit terminum fore lapsum ꝛ per consequens amplius audiri nō debere alīs autem ante dictam interlocutoriam poterit talis contumax probare non obstāte lapsu termini. Jta singu.dixit Ang. ꝛ Jmo.in.l.quādiu la grande.in.j.col.ff.de acqui.heredi.ad quod allegat Jnno.in.c.lator.qui filij sint legi.ꝛ idem dixit Ange.in.§. idē iuris.in pe.colū institu.de exceptio.vbi ad hoc allegat Jnno. in.c.cum in tua.extra qui matri.accus.poss.ꝛ idem dixit Bald.in auť.ad hec in pe colum.versi. Quero si ego.C.de vsuris.ꝛ Ange. in.l.papinianus in.§.si quis post.ff.de inoffi.testamento.ꝛ domi. Fran.de aret.in.c.licet in beato Petro in.v.colum.in fi. extra de accus.licet non alleget Ange.de are.vbi.s.ꝛ subdit Ange.in.d.§. idem iuris qō procuratores debēt aduertere,quia quando parti aduerse labitur tempus seu terminus qō accusent contumaciam aduersarij ꝛ faciant etiam per iudicem interloqui terminum fore lapsum:ꝛ amplius in illo actu nō fore audiendum.ꝛ dicit qō non sufficit solum modo accusare cōtumaciam nihil probantis vel nihil facientis in termino qō dicit Ang.nūquam exeat mētem tuā quia quotidianum.Idem dixit dominus Bartho.cepo.in caut. sua.clxvij.incipiē.Ut quis post terminum.vbi solū allegat Ang. in.l quādiu.ꝛ Jnno.in.d.c.lator.Et istud dictum videtur extendere Ang.in dicto.§.idem iuris ad exceptionem nō nume. pecu. vt possit opponi etiā post biennium nisi fuerit interlocutum per iudicem vlterius partem nō esse audiēdam per predicta. (Vide que dixi in repe.mea rub.ff.de fideiusso.in.lxiij.colum. circa medium in versicu. adducit etiam ad predicta ꝛc.) Et vide etiam Ange.de areti.in.§.appellantur in.ij.colum.in fi.institu.de exce. ꝛ ad predictam regulam videlicet ꝙ lapsus termini precludit viā contumaci scias ꝙ illa regula non habet locum in iudice contumace:nam si statutum imponit penam iudici nō expedienti causam infra mensem si iudex ipse non expedierit dictam causam infra mensem, lapsus dicti termini ꝛ per consequens contumacia ipsius iudicis nō precludit viam ipsi iudici nec eum excludit a cognitione ꝛ pronūciatione ipsius cause.Jta not.dixit Jacob. de are.Oldra.Cy.Bart.Bal.in.l.properandum in princip.C.de iudic.ꝛ est tex.ꝛ ibi Bald.ꝛ alij in.l.prima in fi.C.vt omnes cause tam ciuiles ꝙ criminales.ꝛ Bald.in.l.scire oportet.§.cōsequens. ff.de excus.tuto.ꝛ voluit Joan.andr.in additio.Specu.in titu.de iudi. delega.in.§.restat. versicu. Quod ꝛ instituto.alīs in versicu. Quid si statuto.de quo late per Pau.de cast.in cōsil.suo.cccxxvi. incipiēte,Videtur dicendum.quasi per totum.ꝛ Ludo.roma.in cōsi.ccccxxv.incipi.Quo ad primum in fi.ꝛ in consi.suo. ccccxxvij. incipiēte.Jn proposito casu in secunda colum.de quo etiam per dominuz Feli.in.c.ex parte.el secūdo in vlti.colum.de rescriptis. ꝛ per dominum Mariānū soci.in repe.c.venerabilis in.v.charta. in prima colum.de iudic. (Adde etiam predictis qō si statutum dicit qō contumax habeatur pro confesso qō ad hoc vt talis contumax habeatur pro cōfesso requiritur super hoc interlocutoria iudic. alīs talis contumax etiam elapso termino comparendi nō habetur pro confesso.ita singulariter dixit Paul de castr.in suo consi.xxxij.incipiēte,super primo in.ij.colum.in versicu.ō.quādo

loquitur ꝛc. Et circa materiam huius tract. vide Bal. in l. si ea. in penul. colum. in versicu. denuo glo. C. qui accu. nō poss.) Et predictis adde Bal. in cōsi. suo. ccxvj. incipiēte. Punctus super quo in quarto volu. vbi dicit ꝙ probatio potest fieri etiam post terminum cōuentionalem. ad quod inter cetera allegat glo. provnica ꝛ singu in auc. vt sine prohibitione matres debitrices ꝛ creditrices in. ℈. quia vero. de qua glo. latius locutus sum in repe. mea rubrice. C. de proba. post princi. in materia probationis que fit per testes. ꝛ vide etiam Bald. in cōsi. suo. cccxvj. incip. Presuppositio statuto circa finem in. d. iij. volumi. vbi dicit qō post terminum statutarium assignatum ad probādum potest fieri probatio per instrumēta publica que omnia nō tradas obliuioni ꝛ quia sunt multū frequētia ꝛ quotidiana, ꝛ multi etiaz literati circa predicta decipiuntur. Et in materia supradicta adde Oldra. cōsi. iij. incipiente, Cum causa. vbi cōsulnit qō post terminū peremptorium exceptiones peremptorie nō admittuntur quāuis offeratur iuramētū de noua notitia ipsarum. quod dictum refert ꝛ sequit̄ do. Feli. c. licet causam in. xij. colum. de proba. vbi ponit plures casus not. in quibus valet probatio facta post terminū quem omnino vide.

☞ (Et vide eūdē. d. Feli. in. c. pastoralis in. xij. col. post me. de exce.

Hippolytus de Marsilijs. J. U. D. Boñ.

284 ¶ Tolle moras semper nocuit differre paratis. Jta dixit Lucanus in primo. pro quo dicto capias singulare verbū. Nam tu scis qō vna ex prioribus ꝛ potissimis causis ad capiendum debitorez post cōtractum vt voluit Barto. in. l. fi. C. de sponsa. ꝛ habetur in c. pastoralis de excep. ꝛ in. l. ij. C. de cōsor. eiusdem lit. ꝛ in. l. ita demum. C. de procu. ꝛ in. l. pōponius. ℈. rati. ff. de procura. ꝛ in. c. presentium de testi. lib. vj. in quibus iuribus habet̄ ꝙ paria sunt qd de nouo emergere vel de nouo ad notitiam peruenire. et probat tex. in. d. l fi. C. de spōsa. ꝛ in. l. si ab arbitro. ff. qui satisdare cogan. quinimo si statutum diceret ꝙ ratione suspitionis creditor possit facere capi debitorem debet illud statutum intelligi vt locum habeat quādo suspitio superuenit de nouo post cōtractum debitum. ꝛ nō aliter. vt per Barto. in. d. l. fi. C. de spōsa. Teneastamen menti perpetuo qō licet dicta causa suspitionis emerserit post cōtractum debitum, si tamē postquaz creditori hoc notum fuit ipse tacuit per multum tempus antequam petierit dictam licentiam faciendi eum capi sibi imputetur quia non poterit postea facere eum capi. Jta singu. dixit Ange. in. l. si arbitro. ℈. fi. ff. qui satisda. cogan. ad quod allegat tex. in. l. si creditores. ff. de priuileg. credi. quod dictum pró valde not. refert ꝛ sequitur dominus Joā. bap. de cazalupis in tractatu suo de debi. suspec. ꝛ fugi. in. xv. colū. post princi. qō dicit procedere quasi videatur propter illam taciturnitatem eius personā approbasse licet suspectaz: qō dicit etiā fuisse de mente Jaco. butrig. in. d. l. si creditores. ꝛ domini Mariani soci. in commento suo de dilationibus. in. xlj. char. in prima colum. ar. xx. questione. xxviij. versic. Tertio exigitur. qō dicit esse perpetuo mēti tenendum. Querit postea ibi quātum istud sit multum temporis quo patiendo quis sibi preiudicat. ꝛ dicit ꝙ Azo dixit quinquēnium, arg. l. prima. ℈. quod dictuz est. ff. de separa. ſz in. l. si creditor tenet qō sit arbitrio iudicis. vt in. l. prima in fi. ff. de iure deliberādi. ꝛ faciunt ad predicta q̄ dixi supra in singu. lxxvij. inci. Patientia. ꝛ in singulari. cclxij. incip. Quod potui nolui. et facit optime qō dixit Raph. cu. in cōsi. suo. xcij. incip. Viso subscripto casu in prima col. vbi dixit qō si mulier stetit per decem annos qō nō petijt dotem postquam maritus cepit vergere ad inopiam est excluſa tali casu a petitione ꝛ exactione dicte dotis. pro quibus faciunt optime que dixi in consi. meo incip. Dñe deus omnipotēs qui cecum illuminasti circa medium. vbi omnino videas. et vide Bald. in consi. suo. xxxvij. inci. Quidam tabellio. ante fi. in tertio volu. vbi dixit qō si accusator multum stetit ad accusandum eius

☞ accusatio redditur suspecta, qō est nota. (Pro quo facit text. in c. primo in versicu. quia si proclamare voluit cur tamdiu tacuit ꝛc. de frigi. ꝛ malefi. ꝛ vide que dixi in. l. patre vel marito in. xvj. colū. de questionibus. et vide Jaso. in. ℈. fuerat in. v. colum. institu. de actio. ꝛ in. l. prima in. vj. colū. versicu. Jtem pro excussione. C. qui admi. ꝛ vide. ſ. in singulari, cclxxxj. incipiēte socius ꝛc. Jtem adde qō violentia per lapsum longi temporis presumitur conuersa in cōfessum ſm Specu. in titu. de presumptio. in. ℈. species in versic. necessaria ꝛc. Et pro istis faciunt dicta per Alex. in consi. cxv. incipiente visa ꝛc. in prima colum. ad fi. in. vij. volu.) Hippolytus de Marsilijs. J. U. Doctor.

285 ¶ Multi sunt qui absolute dicunt qō si testes instrumentarij cōtradicunt instrumento qō tunc tale instrumentum redditur suspectuz ꝛ eius fides anihilatur vt de materia plene habetur per gl. ꝛ doc. in. l. j. in. ℈. si qs neget. ff. quēad testa. aper. ꝛ per Jnn. Jo. an. ꝛ alios in. c. cū Joānes de fi. instru. ꝛ ꝙ Spe. in tit. de instr. edi. ℈. restat in. ij. col. ver. Sed quero quot testes preiudicēt instrumēto ꝛc. ꝛ per Cy. Bal. Sali. ꝛ alios in. l. in exercēdis. C. de fi. instru. ꝛ per Alex. in cōsi. suo. lxxvij. incip. In causa accusationis in. ij. col. in primo volu. ꝛ in cōsi. cxlix. incip. Viso processu in vlti. col. in. ij. volu. ꝛ ibi in cōsil. ccxxj. incipiente. Visa facti narratione ꝛc. in. v. col. ꝛ in cōsi. cclvj. incip. Ponderatis verbis in pe. colū. ꝛ in consi. ccclxxxvij. incip. Visis ꝛ pōderatis in. ij. colū. ꝛ in consi. ccxl. incip. Pōderatis his in antepe. col. ꝛ per Ludo roma. in cōsi. suo. cccxl. incip. Circa primū. circa fi. ꝛ per Jo. de ana. in cōsil. suo. xcvij. inci. in causa ista post prin. ꝛ ibi latius in addi. ꝛ per Ange in cōsil. suo clxix. incip. super puncto supraſcripto invlti. colum. ꝛ per Pe. de ancha. in consi. suo. ccvij. incip. super primo in. ij. colū. versic. super quarto. Sed tu istam generalitatem ꝛ absolutum sermonem restringe ꝛ intellige esse verum quādo testes instrumētarij necessarij ad actum factum in ipso instrumēto cōtradicūt instrumēto. nā tunc vacillat ipsum instrumētum ꝛ eius fides anihilatur. Secus est qñ aliqui testes instrumētarij cōtradicunt instrumēto attamē remanēt firmi tot testes pro ipso instrumēto qui sufficiūt ad validitatē ipsius instrumēti. Mā tunc non obstāte cōtradictione illorum nō vacillat instrumētum nec eius fides anihilatur. Jta not. dixit glo. fi. in fi. in. d. l. j. ℈. fi qs neget. ff. quemadmodū testa. aper. quam ibi summe ad hoc not. Barto. vbi dicit qō hoc idem voluit Jnno. in dicto. c. cum Joannes. ꝛ ibi Jo. an. ꝛ Jaco. de aret. ꝛ Cy. in. l. in exercendis. C. de fide instru. Et ideo dixit multum egregie Pau. de cast. in. l. heredes palam in princi. in. ij. colum. ff. de testa. qō si aliqua causa testes dixerunt vera esse contenta in capitulo seu articulo interrogati quibus presentibus illud factum fuerit, dicūt presente Titio ꝛ Seio: postea Titius ꝛ Seius interrogati dicūt se nihil scire ꝙ tamen per hoc non vitiatur dictum illorum si sunt in sufficiēti numero ad probandū, qō dicit ibi Pau. de ca. habuisse de facto quia in quodam instrumēto erant descripti sex vel septem testes cum sufficerēt duo vel tres ꝛ duo interrogati responderūt se non interuenisse in illo contractu: alij vero erāt mortui, querebatur an ex hoc instrumentū redderetur vitiosum, ꝛ videbat̄ ꝙ sic qz sufficit quod vnus ex testibus descriptis in instrumēto cōtradicat ei vt reddat ipsum suspectū. vt not. in. l. prima in fi. ff. quemadmodū testamēta aperiantur. per Bart. ꝛ per Jnno. in dicto. c. cū Joannes. Contrarium tamen dicit Pau. de cast. ibi se dixisse: quia hoc est verum quādo non sunt descripti plures testes in ipso instrumēto ꝙ sint necessarij, alꝫ si remanent necessarij qui non cōtradicūt non videtur nocere contradictio aliorum supranumerariorūvt ibi, qō dicit ipse forte mēti tenēdum. Ego etiā alꝫ de hoc dicto Pau. de cast. feci mētionem in. l. vnius facinoris in. ℈. fi. in prima charta. ff. de questionibus in examinatione illius materie. videlicet qō quando actus potest fieri sine certa solennitate si interueniat illa solennitas minus legitime nō vitiat̄ actus vbi videas. quia ibi plura notabilia dicta posui in illa materia.

Hippolytus de Marsilijs. U. J. D. Boñ.

286 ¶ Capias vnam cautelam pro iuuenibus philocaptis vt multi modernis temporibus insano ac ceco carnali amore dediti inueniuntur, quorūvita detestabilis vt communiter dignoscitur pessimum finem habere solet. Aliquando iuuenes vt eorum voti compotes fiant secreto modo tempore nocturno intrāt domū amasie sue ꝛ quādoqz vt ego alꝫ vidi ab affinibus ipsius mulieris ibidez in domo secum reperiuntur in actibus venereis: qui ex metu vel ex persuasionibus aut blandicūs perueniunt ad actum despōsandi ipsam amasiam suam per verba de presenti: ꝛ deinde ad carnalem copulā. Et sic sepissime hoc modo accipiūt aliquam in vxorē sibi domuiqz sue indignam. Pro quibus cautela est vt possit eam desponsare per verba de presenti ꝛ rem secum habere ꝛ tamē non valeat matrimonium ꝛ eam non teneatur ducere in vxorez. Jam quādo eam desponsat debet dicere ipse vir ipsi mulieri ꝛ affinib⁹ suis ibi existentibus hec verba videlicet. Ego te desponso ꝛ te volo habere in vxorem meam cum hoc ꝙ tu eris bona ꝛ fidelis vxor mihi ꝛ honeste vives nec cum aliquo facies vt feciſti mecū. ꝛ casu quo vnquam aliquam inhonestatem facies cū alio: nolo vlterius obligatus esse te habere ꝛ tenere in vxorem ꝛ provxore: tūc si ipsa mulier expresse consentiat tali ptestationi qō verisimiliter faciet quoniam ipsa nec affines sui huic dicto cōtradicerēt ne ipsa videretur velle meretricari, immo affirmabunt audacter predicta. Et hoc facto ipse iuuenis poterit eā desponsare ꝛ millies habere rem secum nec tamen per hoc erit eius vxor sed immo poterit aliam

als. fo. 87. col. ij. ꝑ im fili bri. secūdi.

☞ ducere ad libitum suum. (Vide in silua nuptiali. in. ix. charta. in ij. colum. vbi late ponitur hec materia,) ꝛ ita colligitur ex dictis domini Abba. in. c. fina. in primo nota. extra de conditio. appositis. vbi per illū tex. dicit ꝙ aliquis habēs suspitionē de futura incontinentia mulieris contraxit secū matrimoniuz sub cōditione ꝙ si committeret adulterium liceret sibi recedere a matrimonio ꝛ aliam ducere, qō tunc non est inter eos cōtractum matrimonium. Et hoc propter conditionem resolutiuam in ipso matrimonio appositā qō idem operatur ꝙ conditio suspensiua vt ibi colligit. Tene mēti qz est no. cautela ad quā etiam periti non animaduertūt. Et qz occultor aliene laudis furi par est̄ vt dixit Bald. in prelud̄s feudorū ꝛ ne ex lana vel serico alieno cōficiā mihi vestē. Fateor me hāc cautelā ꝛ doctrinā habuisse ab excellentissimo. U. J.

monarcha

monarcha.ꝛ vero iuris illuminatore mihi maiore plurimum ho-
norañ.do.Antonio de Burgos Hispano quē amare colere ꝛ ve-
nerari me cogit ꝛ viget immēsa eius sciētia bonitas ꝛ integritas.
Et vt ipse mihi retulit hāc cautelā legēdo ipse expressit in.c.fi.de
precarijs.ꝛ in.c.illo vos.de pign.vbi tractaꝫ de cōditione resoluti
na cōtractus.Tene mēti iterum qꝛ no.est ꝛ posset tibi cōferre de-
cus ꝛ lucrū.In cōtrarium tamen multum faciunt dicta per Bal.
in.l.si quis ita.ff.de heredi.institu.quem omnino vide.

287 ¶ Tetigi tibi alʒ remissiue tamē supra in sing.clxxvj.incip.vo-
luntas ꝛ propositu.an delictum commissum sine dolo puniatur
ꝛ quomodo.Sed nunc dico tibi in eadē materia vnū verbum no-
tabile.ꝛ singularissimū domini Car.in clemē.prima in.xxxix.que
stiõe de priuilegijs.vbi refert se cōsuluisse qō illa clausula puniēs
aliquem presumētem:ꝛ sic notans dolum ꝛ temeritatem nō ligat
hominem simplicem cōtrauenientem sine dolovel presumptione
qꝛ cessat respectus quem lex cōsiderauit.qō dictum fertꝛ sequi-
tur.d.Feli.in.c.quoniam contra in.v.colum.de proba.vbi dicitqō
non legit alibi tam notabileverbū in materia sua.Postea subdit
q̄ prius istud consuluit Joan.cal.in titu.de sentē.excom.in consi.
iiij.incip.Sacerdos parrochialis.vbi late cōsuluit qō non faciēs
in contemptum non incurrit penam.l.que vtitur verbis denotā-
tibus dolum.Pro quo facit etiam qō voluit dominus Alexā.in
l.fi.ff.qui satisda.cogā.vbi dicit q̄ periurium nō committitur si-
ne dolo.de quibuslatius dixi in.l.de minore in prin.ff.de questio-
nibus in questione illa.videlicet qō statutum dicens q̄ occidens
occidatur.intelligitur dummodo dolose occiderit.vbi videas.Et
facit not.verbum Bal.in auf.hodie in.ij.col.C.de app.vbi dixit
q̄ si procurator bona fide cessanit appellare quia putabat senten
tiam iustam vt in dubio presumitur,tunc dominus non potest
appellare nec habere regressum contra procuratorem etiam si est
soluēdo fm Bald.ibi.qō dictum reputat mirabile dominusFeli.
in.c.primo in quinta colum.versicu.pulchre etiam.extra vt lit.nō
contesta.dicens quia illa bona fides est potius quedam negligen
tia vel simplicitas inexcusabilis.nam non poterat errare appel-
lando licet nō teneretur prosequi iuxta.l.inuictus.C.de procura.
qō tamē ibi relinquit cogitañ.dominus Feli.tene mēti predicta.
Hippolytus de Marsilijs.J.U.D.

288 ¶ Dixi tibi supra in singulari.cclxvij.incip.dubia probatio.qō
dubia probatio non releuat probantē,qō maxime procedit in cri
minalibus in quibus probationes debēt esse luce meridiana cla-
riores vt in.l.fi.C. de probatio.ꝛ habeť in.l.absentem.ff.de penis
cū si.Attamen teneas mēti sing.verbum.videlicet qō si duo rixa-
rūt adinuicez in qua rixa vnus percutitur seu vulneratur ab alio:
testes autem examinati super hoc dicunt q̄ nonviderunt quādo
fuit facta talis percussio seu tale vulnus sed viderūt eos inuicem
rixātes ꝛ qō statim dimissa rixa dicunt q̄ viderunt illum esse per-
cussum ꝛ vulneratū,certe ex hoc resultat indicium indubitatū qō
illevulnerauit illum ex quo poterit deueniri ad cōdemnationem.
Ita singulariter dixit Sali.in.d.l.fi.C.de probatio.qō dictum re-
fert ꝛ sequitur Soci.in cōsi.liij.incipiēte.Visis testibusin penul.
colū.in.iij.volu.ꝛ eum etiam refert ꝛ sequitur.d.Fran.bru.in tra-
cta.suo de indicijs ꝛ tortura in.v.charta.in.iij.colum. pro quo fa-
ciūt dicta per eū ibi in sequēti col.de quo latius dixi in repe.mea
rubri.C.de proba.in questione illa an ex presumptione violenta
possit peruenire ad sentētiā diffinitiuā.ꝛ in.l.repeti.ff.de questio-
nibus. (Vide tamē Ang.in.l.fi quis alieni.C.ad.l.iul.maiesta.)
Teneas menti hoc dictum quia sepissime occurrit in facto.ꝛ ego
pluries eum vidi in contingentia.

289 ¶ Dolus futurus nunq̄ intelligitur remissus.l.si vnus.ʃ.illud
nulla.ff.de pac.l.cōuenire.ff.de pact.dota.l.ita demū.ff.de arbitr.
ponas. in fi. ꝛ vide omnino que ego dixi in practica mea causarum
criminalium. in. clxvj. char. cum sequen. Quid autem si facio pacē
Titio ꝛ socijs suis, vel adherētibus an cēseatur rupta pax, si vnus
sociorum vel adherentium offendatur anteq̄ ipsam pacem ratifi
cauerit, vide Barto. in. l. si vxor. in. §. penult. ff. de adulte. ꝛ Bald.
in. l. si. in. j. colum. C. ad macedo. ꝛ Paul. de ca. in. l. bonorum. ante
finem. ff. rem ratam haberi. quid autem si plures fecerunt pacem
cum pluribus, ꝛ promiserunt quilibet insolidum se inuicem non
offendere

offendere,et vnus offendat an insolidum possit petere penam,ꝛ quilibet teneatur insolidum tanꝯ uno rei,vide Barto.in.l. fina. in.ij.q.ff.de duobus reis.Barto.in auten.hoc ita.in.xiij. questio. C.de duobus reis.Bar.ꝛ Pau.de cast.in.l.si id quod.ff. de duobꝰ reis.Bal.in.l.ij.C.de libe.ꝛ eorum libe.circa medium. Ang.in.l.si seruus.§.plurium.ff.si quis cautio . Et an inferens metum dicatur rumpere pacem dicas quod sic,ſm Ange.in.l.si cum exceptione.§.satis.ff.quod metus causa,de quo etiam dixi in.l.j. in princ. in.x.colũ.in fi.ff.de questio.

338 ¶ Extãt statuta per totam fere Italiam quibus cauetur, quod de damno dato stetur sacramento damnum passi,certe tale statutum intelligitur qõ stetur sacramẽto damnuz passi quo ad estimationem damni,nõ autem quo ad dãnum,ꝛ ideo passus dãnũ debebit primo probare damnum esse datum,alꝫ non poterit consequi estimationẽ dãni ex iuramento,ita not.dixit Bar.in.l. diuus traiaius.ff.de testa.mili.quem ibi sequuntur docto.et eum refert ꝛ sequit̃ do.Philip.decius in cõsi.suo.lxxxij.incip.In cã accusationis ꝛc.in.ij.col.vbi latius loquit̃.ꝛ pro istis facit optime illud quod ego late dixi in.l.j.in prin.in.ij.col.versi.vlterius scias ꝛc. ff. de questio.ꝛ que dixit Bãdy.in tracta.suo malefi.sub rub. de presumptio.ꝛ indicijs indubitatis.in.ij.colũ. in ver. itẽ lex presumit, et scias etiã qõ stãte predicto statuto qõ de damno dato stetur sacramẽto dãnũ passi, qõ hoc casu nõ stabitur sacramẽto damnum passi si alius quã ille qui dedit dãnum tenetur emẽdare,vtputa si statutum dicit qõ villa teneatur emẽdare dãnum datuz,nam hoc casu licet extet statutũ qõ de dãno dato stetur sacramento dãnuz passi,tamẽ passus dãnuz debebit probare plene de dãno suo,aliter ꝯ per suũ iuramẽtũ.Ita not.dixit Cy.ꝛ Bal.post eũ.in.l.si qñ C.vnde vi,ꝛ Barto.in.l.ne quid.ff.de incẽ.rui.ꝛ naufra.ꝛ in.l.j.circa fi.ff. fur.aduer.nau.Idem dixit Bal. in l.nummis. ff. de in lit. iur.ꝛ do.Ant.in.c.fi.in.iij.col.ver.predicta faciũt ad questionẽ ꝛc. qõ me.cã.ꝛ Barba.in cõsi.suo.lxxvj.incip.Sapiẽter in.v.col. in fi. in.iij.volu.vbi alle.alios,plures docto.tenẽtes hãc partem, tenemẽti:qz ista quotidie contingunt in facto.

339 ¶ Cui nõ cõuenit̃ verba legis nõ cõuenit eius dispositio.l. iij. §.totiẽs.ff.de dãno infecto.l.hos accusare.§.omnibꝰ.ff.de accusa. l.ita autẽ.in prin.ff.de admi.tut . Et ideo teneas mẽti,qõ si statutum dicit qõ turbãs aliquem in possessione sua puniat̃ pena centum ꝛ ablata restituat,tunc si aliquis turbat aliquẽ in possessione sua ꝛ nihil auferat nõ incurrit penã dicti statuti:qz nõ potest verificari per omnia.ſ.quo ad restitutionẽ.Ita colligitur ex glo. not.in l.mancipia.C.de ser.fugi.quam glos.ad hoc pro no.refert et sequitur do.Fely.in.c.nõnulli.in.xxxvj.colũ.ver.amplia ꝛc.de rescript. ꝛ Ludo.ro.in singulari suo.ccccxcvj.incip.statutum puniẽs ꝛc. et Soci.in cõsi.suo.lxxj.incip.super.q.in fi.j.col.in cõsi.suo.lxxvj. incipiẽ.visa facti cõtingẽtia ꝛc.in prin.iij.colũ.ꝛ ibi in cõsi.ciij.inci. visis ꝛc.in.v.col.in fi.ꝛ in eodẽ volu.in cõsi.cxix.incipiẽ.presuppo-
nitur.in vlti.col. (Et in cõsi.xxxij.inci.super questionibꝰ ante fi. in.iij.vol.) ꝛ Deciũ in cõsil.ccxxxiij.viso.in pe.col.ꝛ in cõsi.cclix. incip.visis.in pe.colũ.in fi.ꝛ in cõsi.cclxxv.incipien.viso tenore.in vlti.colum.ꝛ in cõsi.ccxc.incip.domina Blasia ꝛc.in.iij. colum. et in consi.ccxcj.incipiẽ.visis.in pe.colũ.in fi.ꝛ in cõsi.cccxvij.visis ꝛc.
in.j.col.ꝛ in cõsi.cccxxvij.viso.in.vj.vol.in vlti.col. (Et do.Philip. decius in cõsi.suo.xc.in.ij.col.ꝛ in cõsil.cxxxvij.in fi.pe.col.ꝛ faciũt dicta per eũdem domi.Philip.in cõsilio suo.lxxj.incip . In casu. in penul.colum.) Et idem dixit Jaſ.in.l.j.in.ij.colum.ff.de iusti. et iur.Pro quibus faciunt dicta per ipsum in illa.l.j.in fine.iij.colum.de iusti.ꝛ iur.Et facit optime quod voluit Barto .in consil. suo.clxvij.incip.quod minister fratrum de penitẽtia ꝛc.Vbi dicit quod statutũ loquẽs dẽ pena imponẽda nõ habẽti pacez ab offenso non habet locum vbi nõ est offensus, a quo pax haberi possit, quod dictum refert ꝛ sequitur domi.Fely.in.d.c.nõnulli.in.xxxv. colum.Et ibi dicit quod hoc dictum etiam refert ꝛ sequitur Flo. de sancto Petro in.l.ij.C.de rebus cre.ꝛ Jo.de ana.in.c.ij.in.xiij. col.extra de maledic.Et vide plura notabilia dicta ad hoc ppositũ que adducit do.Fely.in.d.c.nõnulli.in.xxxv.ꝛ.xxxvj. de rescri. ꝛ vide domi.Lau.calca.in cõsilio suo.lxxiij.incip.pro dictis filiabus ꝛc.in.iij.colum.ꝛ Alexã.in.l.j.in.j.colũ.ff.de acqui.possess. et Ange.in.l.si quis id qõ in prin.in ver.sequit̃.in text.ff. de iurisdi. om.iudi.ꝛ Soci.in cõsi.suo.xxx.incip.Quis ꝛc.in.vj.ꝛ.x.colum. et Pau.de cast.in.d.l.mancipia.

340 ¶ Caute agãt banniti qui ex forma statutorum possunt impune occidi:quia etiam si habẽt gratiam et sint rebãniti,ꝛ soluerunt id quod soluere tenẽtur,attamẽ his peractis nisi actualiter ꝛ cuz effectu fuerint cãcellati de bãno, poterũt impune occidi. Ita no. dixit Paul.de castro in.l.si duo.ff.de acquiren.here. Vbi dicit qõ occidẽs bãnitum qui erat rebãnitus sed non erat adhuc cancellatus de bãno nõ debet puniri: quia sufficit quod esset descriptus in libro bãnitorum,quoniaz excusatur autoritate publice scriptura,quod dictum refert et sequitur Alexand.in consil.suo.cxiij.in ij.colum.in.vj.volumine.Et Jaſ.in.l.si creditoris.in.j. colum.C. de fideicom. Et idem voluit Bald. in.l. labeo.in.§.j. in fine.ff.de pac.et Bald.post Jaco.de butri.in.l.de etate.in.§. ex causa.ff. de interroga.actẽ.vbi dicit Bald.quod ille text.allegatur pro offendẽte rebãnitum sed nõdum cancellatum de bãno,quod ille sit excusatus propter autoritatem scripture.Et dicit ibi ipse Bal. quod ista est ipsa veritas.Quod dictum etiam refert Jaſ. in.d.l. si creditoris.et dicit Bal.in.d.l.labeo.§.j.quod ex hoc debet esse cautus ipse rebãnitus vt statim facta solutione faciat se cãcellari de libris bãnitorum.Item hanc partem etiam tenuit Alberi. de rosa.in tractatu suo statutorum.in vltima parte in.q.xxxiij. incip. transeundo ad secundam questionez vbi refert hoc obtinuisse de facto,idẽ etiã tenet Alex.in consi.suo.cclxxx.incipiẽ.attenta dispositione ꝛc.in fi.j.colum.vbi refert Bald.in.d.l. labeo.in.§. fiñ. Dicẽtem quod licet bãnitus soluerit penam,tamẽ nisi fit cãcellatus de bãno adhuc etiã poterit impune offendi:qz donec est scriptus inter bãnitos ista appellatio.scz bãnitus semper sibi inest. Et sic si durat istud nomẽ apellatiuum scz bãnitus, durat etiam effectus nominis.l.tutelas.ff.de capi.diminu. hanc partem etiaz tenuit Alexã.in cõsilio suo.cccj.incipiẽ. Visis dubitationibꝰ ꝛc. in.iij.colum.vbi adducit alios plures doctores tenẽtes hanc partem.Et idem etiam tenet Alexã.in cõsilio.clx.incipiẽ.Visis narratis ꝛc.in.vij.volumi.et Jaſ.in.d.l.si creditoris.Quam cõclusionem et communem opinio.amplia duobus modis,primo quod nõ solum talis bãnitus debet cancellari de vno libro bãnitorum. Sed etiã debet cãcellari de oĩbus libris bãnitorũ, quãdo bãniti describerenꝯ ĩ pluribus libris:vt fit hic Bononie,alꝫ possit occidi:vt si nõ fuisset cãcellatus.Ita no.dixit Ang.in.l.fi. p illũ text. ff.de his que in test.delẽ.ꝛ ibi Rapha.cu.ꝛ Ang.in.l.nostram.C. de testa.Et istud latius firmat Alex.in.d.cõsi.suo.cclxxxix.incip. attẽta dispositione statuti ꝛc.in.j.ꝛ.ij.col.pro quibꝰ etiam faciunt dicta per Alex.in.d.cõsi.suo.cccj.incip.Visis dubitationibus ꝛc. in.ij.vel.iij.col.Itẽ amplia ꝛ scõo supradicta,ꝛ dicas qõ talis bãnitus si fuit cãcellatus de libris bãnitorũ nõ poterit impune occidi.Hoc est verum si debite ꝛ legitime fuit cãcellatus,secus si indebite fuit cãcellatus:quia offendens bãnitum indebite cãcellatũ de bãno nõ punitur perinde ac si offendisset vel occidisset bãnitũ nõ cancellatum.Ita dixit Bald.in.c.j.in princi. in titu. hic finitur.l.cora.ꝛ incip.cõsuetu.regni.ꝛ Bal.in cõsilio suo.ccvij.incip. cõiũgamus ꝛc.in.ij.colũ.in.vj.volu.Idem voluit ipse Bald.in.l. scrinearios.C.de testa.mili.ꝛ Joã.and.in.c.veniens.de accusa.in nouel.ꝛ do.Mellus in tractatu bãnitorũ in.j.parte tertij.tẽpo.in iij.q.Et voluit do.Bartho.cepo.in cõsi.suo.vij.incip.quidã fuit Padue cõdẽnatus ꝛc.in.ij.col.vbi dicit qõ idẽ voluit Ray.in.l.si nõ serui.per illum tex.ff.de dona.inter virũ ꝛ vxo.Et scias qõ qs presumit̃ indebite ꝛ iniuste cãcellatus de banno quãdo nõ appareret cã ppter quã fuit cãcellatus.Ita dixit Bal.in.c. cum super in vj.colũ.de re iudi.ꝛ in.l.si nõ sortem.§.adeo.ff.de cõdi.indeb.ꝛ in l.si preses.C.quõ ꝛ quãdo iu.in fi.de quo dixi in.l.j.in princ. in.ix. col.ff.de sica.pro quibus faciũt no.verba Bal.ĩ.l.si preses.C. quõ et qñ iud.Et faciũt dicta p me in.l.fi.in.iij.colũ.ver.addũci etiam potest ꝛc.ff.de questioni.ꝛ per Abb.in cõsil.suo.vij.incipiẽ. Tria circa primũ ꝛc.in.iij.colũ.in.iij.volu.ꝛ per do.Mellũ in suo tractatu bãnitorũ in.iij.parte secũdi tẽporis.in.q.lxxvij.incipien . Sed circa idem ꝛc.Et faciũt optime notabilia verba Bal. in dicto cõsilio suo.ccvij.incip.Cõiũgamus ꝛc.in.iij.colũ.in.vj. volu. quem omnino vide.Et per eũdem Bald.in repertorio suo in litera.B. in ver.Bãnuz cum cãcellatur ꝛc.Modo circa illud quod.ſ. dixi. qõ rebãnitus nõ cãcellatus de bãno potest impune offendi sicut antea poterat.Limita aliquibꝰ modis. Et primo limita qñ exta ret statutum in loco dicẽs qõ bãniti debeãt rebãniri per quosdaz sapientes.Nam hoc casu licet bãnum nõ sit cancellatum, tamẽ tales bãniti nõ poterũt impune occidi,quoniã tũc bãnuz ꝑpter tale statutũ redditur ineficax.Ita not.dixit Bal. in.l.si creditoris. circa prin. C.de fideicom.Et eum sequitur ibi Paul.de cast.dicẽs quod si deliberatum sit qõ bãniti rebãniãtur qõ tũc etiam anteꝙ de bãno cãcellarẽtur nõ poterant ex forma statuti impune offendi. Idem tenet Alex.in cõsilio suo.cxiij.incipiẽ.Ponderatis.in ij.colũ.in.j.volumi.vbi pro hac parte allegat not.verbũ Jo.and. in addi.Specu.in titu.de obliga.ꝛ solutio.super rubri. quod etiã refert ꝛ sequit̃ Jaſ.in.d.l.si creditoris. Pro quibus etiam faciunt dicta per Angel. de are. in libro maleficiorũ.in verbo,qui iudex. ad probationem sue inquisitionis.in.j.ver.ante finez.vbi dicit qõ quod sufficit cãcellatio facta verbis,ad qõ allegat Barto.in.l.emptor.in.§.lucius.in fine.ff.de pacꝯ. vbi dicit qõ si in capitulis pacis actum sit qõ bãni rebãniãtur ꝛ eorum cõdẽnationes et bãna cassentur,qõ tũc non requiritur qõ de facto cancellẽtur ex libris. Sed satis est quod declarentur haberi pro cancellatis per illum tex.Et idẽ firmat expressius Ang.ꝛ Jmo.in.l.j.in fi.ff.de his que in testa.delen.pro quibus etiã faciunt optime dicta per Bald. et Paul.de cast.in.l.hmõi.in.§.cum ita.ff.de lega.j.ꝛ per Paul. de ca.in cõsil.suo.xxxvij.incip.Viso dicto instr̃o ꝛ tenuta cõcessa ꝛc.

post me.ꝛ in.l.fi nō sortem.§.adeo.ff.de cōdi.in de.in fi. Limita et secūdo in eo qui sciebat bānitū habuisse gratiaz vel solnisse penā bāni vel illum esse rebāniēdum de proximo ex aliqua causa, vel illum esse verbo rebānituz a superiore, nam talibus casibus ꝓpter talem sciētiam punitur talis occidēs talem bānitum nō cācellatum perinde ac si esset cancellatus. Jta dixit do. Mellus in suo tractatu bānitorū in.i.parte tertij tēpo.in.ij.q. et Bald.in.l.ij.in.iij. col.in prin.ff.si quis in ius voca.nō ierit.ꝛ in.l.quid sit fugitinus. §.apud labeonē.ff.de edi.edicto. Et Jo.an.in regula qō quis mādato.de regu.iur.in.vj.in mercu.ꝛ Bald.in.l.j.C.de pe.ꝛ Alexan. in.d.cōsi.cxiij.incipiē.pōderatis ꝛc.in.ij.col.ante med.in.j. volu. et Bal.in.l.hmōi.in.§.si ista.ff.de lega.j. Limita ꝛ tertio fm Jaſ. in.d.l.si creditoris, quādo rebānitus dato qō actualiter nō sit cācellatus de bāno tj per solēne instrumētum positū in archino publico appareret per eū fuisse actualiter solutā tātam pecuniā per quātam erat in bāno positus, ꝛ qua soluta eximitur a bāno quia tūc non dicitur amplius figuraliter nec substātialiter bānit⁹. allegat ipse Jaſ. hoc voluisse Bal.ꝛ Rapha.cu.in.d.l. huiusmodi.§. si ita. Et dicit qō hoc tj ibi limitat Joā.de imol vt ꝓcedat si iuxta bānum facta sit mentio de solutione, alʒ tenet qō adhuc occidēs nō veniat puniēdus cū adhuc etiam possit probabiliter ignorare, qō tamē dictū nō approbat Jaſ.in.d.l. si creditoris. quod ego etiam improbo ex pluribus que adduci possent. Et maxime per ea que ego diri de archino publico in repe. mea rub.C. de proba. in.lviij.ꝛ.lvj.colū.vbi videas. Limitat etiam Jaſ.per dicta vbi.§. non habere locum in bānito qui tolerabit a superiore, nam talis bānitus nō poterit impune offendi licet sit descriptus in bāno et in libro bānitorū, vt dixit Salice.in.l.nullus.C. de iudeis. de quo dicto vlterius me nō extendo: quia late de illo dicto locutus sum in singulari meo.lxxvij.incip. Patientia ꝛc.vbi videas. Et circa illud quod dixi de eo qui sciebat bānitum habuisse gratiā vel coluisse vel debere de proximo rebāniri. Si vis scire ex quibus presumatur scientia.vide Ange.in.l.titius.in.§.lucius titius.ff.de liberis ꝛ posthu. An autē quādo aliquis est bānit⁹ plurib⁹ bannis debeat vnā habere absolutionē vel cancellationem vel plures.vide domi.Mellum in tractatu suo bānitorū in.iij.parte secūdi temporis in.lxxij.q.incipiē.quero Titius ꝛc. Et circa materiam banniti nō cancellati et materiam cancellationis vide Bald.etiam in l.ex morte.C.ad leg.aquil. Bal.in.l.quid sit fugitiuus.§.apud labeonem.ff.de edili.edic.et in.l.j.in.ij.colum.C.si a nō compe.iudi. et vide que dixit domi.Mellus in tractatu bānitorum in.iij.parte secundi temporis.q.lxxiij.incipiē. In ciuitate ordinatum est ꝛc. Et que ego dixi in practica mea causarum crimi. in.§.aggredior numero.30.cum sequē.ꝛ in.l.j.in princi.in.ix.colum.ff. de sicariis. Tene mēti perpetuo qz audeo dicere qō ab aliquo ista plene in simul nō sunt adducta, ꝛ vere ita sunt quotidiana ꝛ lucrosa, quod essent literis aureis inscribēda. Et ego illa millies habui in facto in diuersis locis ꝛ ciuitatibus ꝛc. In hac materia vide etiā Cor.in cōsi.xvij.incip. In hac cōsultatione.in.j.volu.ꝛ do.Philip.deciū no.loquētem in cōsi.cccxxvij. Aliso per totū.ꝛ vide singularia verba Alex.in hac materia in cōsi.suo.cccj preallegato inci. Aliis dubitationibus in.iij.colum.in versi.ad predicta etiam bene facit.

Hippolytus de Marsilijs. J.U.Doctor.

341 ¶ Ille qui tenetur ad aliquid faciendum sub pena infra certuz tempus, si illud nō fecit infra illud tempus: quia ad illud faciēdū non fuit monitus vel interpellatus nō cadit in penā, ita dixit do. Abb.in.c.penulti.in penulti.colum.extra de iudi.ꝛ Bal.in.c.j.§. iudices.in.iij.colū.de pace iura.fir.ꝛ Bald.in cōsi.suo.lxj. incipiē. super cōtentis ꝛc.in.vj.volu.ꝛ Catal. in tracta.sindi.in versi.xlij. incipiē. Adde qō si tu iudex ꝛc. Ubi dicunt qō si iudex tenetur expedire processum vel causam infra certum tempus sub certa pena nō cadit in penam si nō expediuit: quia pars nō instetit ꝛ eum nō interpellauit. Pro quo facit.l.iiij.§. hoc autem iudiciū.ff.de dam no infecto. Et facit text.in.l.j.in.§. magistratibus.ff.de magistra. cōue. vbi dicitur quod magistratus qui nō dedit tutorem vel curatorem minori teneꝛ qō verum est. dicit ibi text. si ad hoc interpellat⁹ fuit, alʒ nō. Et facit gl.in.l.vniuersa.C.de preci. impera. offe. vbi text. dicit quod habens dilationem ad soluēdum a principe tenetur satisdare de soluēdo finito termino, alʒ nō gaudet commodo dilationis. Et glo.ibi dicit hoc esse verum si talis satisdatio petatur a creditorib⁹ alʒ secus. Et per illaz glo. dicit ibi Pau.de ca. not. verbum. Pro quibus faciunt plura ꝛ plura, que ad hoc proposita simul reduxi in.l.vnius facinoris.in.§. cognitarum.in.j. ij.ꝛ.iij.colū.ff.de questio. Et faciūt dicta per domi.Fran. de are.in c.ij.in.ij.col.de accusa. Et facit optime qō not. dixit Soci. in cōsil. suo.cxxxiij.incip. Profecto ni fallor ꝛc.in.i.col.post prin. Teneas tamen menti quod licet ad hoc vt quis cadat in penam non faciēdo requiratur monitio vel interpellatio: vt.s. dixi, tamē quando quis promittit vel obligatus est ad aliquid faciendum ex aliqua particulari obligatione. Et etiam statutum arctat eū ad illud faciendum, tunc vt statutum aliquid operetur tenetur illud facere sine monitione, alʒ cadit in penam. Jta dixit Fede.de senis in cō si.suo.ciij.incip. Quod non fecerit residentiam ꝛc. quem refert et sequitur Abb.in.c.quoniam frequēter.in.§. porro.in.vj.colū. extra vt lite nō cōtest. quos refert ꝛ sequit Soci.i cōsi.suo.cxxxiij.incip. Profecto ꝛc.in fi.verbis. Pro quibus faciunt dicta per eundem Federi.de senis in cōsi.suo.cv.incip. consueuerunt visitatores ꝛc. quē vide. Et vide que dixi in.l.patre vel marito.in.vij.col. ff.de questio. Et vide omnino in materia ista Jaſ.in.l.vnica.circa fi.C. quādo lib.prin.datur.ꝛ faciūt dicta per Corsetum in no. suo. in verbo, prohibitio quem vide.

342 ¶ Quando testis est omni exceptione maior absq; dubio in similibus facit semiplenam probationez: in criminalibus facit indicium ad torturam. Jta habetur in.l.admonendi.ff.de iureiurā. et in.l.in bonefidei.C.eo.et in.l.maritus.et in.l.fi.ff. de questioni. et in.l.fina.C.eo. Jstud intellige esse verum quādo talis testis est rite et legitime examinatus, secus autem si nō sit rite et legitime examinatus, quoniam tunc non facit semiplenam probationem nec indicium. Jta no.dixit Bal in.c.j.in.§.sacramētum.in.ij.col. de cōsue.recti feu.quem refert ꝛ sequitur Barba.in cōsilio suo.xj. incipiē.illud in medium ꝛc.in antepenulti.colum.in.iiij.volu. Et facit qō voluit idē Bal.in aut.sed ꝛ si quis.in vlti.colū.C.de testi. vbi dixit qō testes inordinate recepti nō probāt etiam si essent recepti a cardinalibus. Et facit dictum eiusdem Bal.in.c.j.in.j.col. cum successio.tene.vbi dixit qō vbi nō est ordo deficit substantia. Et teneas etiaz mēti in hac materia qō licet vnus testis omni exceptione maior faciat indicium ad torturam: vt dixi hoc est verū si cū ipso teste cōcurrant alia indicia. secus si est solus sine alijs indicijs qō tūc talis testis solus nō faciet indiciū ad torturam. Jta dixit Cy.in.l.fi.C.de qō. Quē refert ꝛ sequit Alexan.in consi.suo cccxiij.incip. Aliso themate antescripto ꝛc.in.ij.colū. quos refert ꝛ sequit Jaſ.in repeti.l.admonēdi.in.lxxvij.col.ff.de iureiu.in ver. ꝛ.predicta regula ꝛc. Tene menti qz ista sunt quotidiana et lucri ac honoris plena in contingentia facti.

343 ¶ Verisimilitudo est maxime importātie et maximi effectus, vt apparet, ex his que dixi.§.in singulari.ccxcviij.incip. remotū a verisimili ꝛc.ꝛ.j.in singulari.cccxcvj.incip. Verisimilitudo ꝛc. Et in.l.j.in prin.ff.de questio.ꝛ in repe.mea rubri.C.de ꝓba.in materia verisimilitudinis. Et ptz etiā ex ter.valde singu.in.l. titius. in §.lucius.ff.de libe.et posthu.et ex text.in.l.fi.fm intellectū Bart. C.de posthu.heredi.instit. vbi prouisio testatoris facta in vno casu procedit in alio casu in quo testator verisimiliter idem statuisset. Et facit glof. singu.in.l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.que vult qō qñ verisimile est qō statuentes idem statuissent si fuissent interrogati habeꝛ ac si statutū esset, quā glo.extēdit Bal.ad rescripta ꝛ generaliter ad alia in.l.j.C.que res pigno.obliga.pos.et.l. barbari⁹. in versi.sed ꝛ si scisset.ff.de offic.preto. De qua glo.ego plura dixi alʒ consulendo, vt apparet in pluribus consilijs meis. Et dixit Bal.in.l.testium.in pe.col.C.de testi. qō magis credit paucis testibus verisimilia deponētibus q̄ cētum verisimilia nō deponentibus. Et dixit Bal.in.l.scripture.in.ij.colū.ꝛ ibi Salice.C.de fide instru.qō in probationibus multū attēdit verisimilitudo. Et dixit do. An in.c.super hoc.de renūtia. qō iudex nō debet admittere exceptionē nō verisimilē. Et dixit do. Alex.in.l.si duo patroni. in prin.in.ij.col.ff.de iureiuran. qō testes alʒ nō idonei si deponūt verisimilia vel habēt presumptionē pro se efficiunt idonei. Et dixit Ange.in cōsil.suo.cclxiij.incip. Philippus ciuis de Florentia ꝛc.in.ij.colū. qō nulla dispositio tā generalis est q̄ trahi debeat ad ea de quibus nō est verisimile disponētem vllatenus cogitasse. Que oīa refert Jaſ.in.l.si extraneus.in.ij.colū.ff. de cōdi. cā data nō secuta ꝛc. Sed vltra eū circa hāc materiam verisimilitudinis scias qō lz nō valeat dictū testis parte nō citata iuribus vulgaribus. De quo late dixi in repeti.mea.l.fi.C.de ꝓba.in.xxxvj.char. tamē si depositio talium testium sit verisimile debet apud bonos ꝛ graues viros qui inspecta sola facti veritate procedunt concludere fm Bald.in.l.solā.circa fi.C.de testi. Quem refert ꝛ sequitur do.Frā.de are.in cōsil.suo.cxxvij.incipiē. In cā do.Antonie.in.ij. col.quos refert ꝛ sequit do.Philip.decius in cōsi.suo.liij.incipiē. Placet ꝛc.in pe.col.ꝛc. Et illud dictū Bal.etiā refert et sequitur idem do.Frā.de are.in cōsil. suo.lxxxiij incipiē. Diligenter ponderatis ꝛc.in.iij.colum.ꝛ Jaſ. in l. certi cōditio.in.§. si nummos. in.vij.col.ff.si certum petatur.

344 ¶ Taciturnitas quādoq; est magni effectus ꝛ importantie: vt patet in.l.cum ostēdimus.ff.de fideiusso. tuto. Et ex his que dixi in singulari meo.lxxvij.incip. Patientia. Et ex dictis per domi. Philip.decium in cōsilio suo.lxvj.inci. De duobus ꝛc.in. vj.col. in fi. Et ex his que addidi ad dictam.l.cum ostēdimus. Et ꝓz etiā ex dictis per do.Jaſ.in.l.cum proponas.C.de pac.ꝛ in.l.nō minorem.versi.ij.limita.C. de trāsactio. Et inter alios effectus operat probationem debiti. Nam quādo mutuasti pecuniam nullo teste presente ad hoc vt possis probare dictū mutuū. Cautela est vt tu scribas vnam literam illi cui mutuasti coram duobus vel tribus testibus

testibus qui legant cõtinẽtiaz ipsius litere in qua scribas quod tu rogas illũ cui mutuasti qõ restituat tibi illa etiã q̃ tuꝫei mutuasti. et postea mittas dictam literam illi debitori tuo per vnuz ex illis testibus qui vidit ꝛ legit cõtinẽtiam illius litere. Naz si postꝑ ipse debitor legerit dictam literam, ꝛ statim nõ fuerit protestatus qõ miratur de tali litera eo quia nõ est tibi debitor in aliquo sed tacuerit, tũc per talem taciturnitatem inducitur probatio pro te cõtra illum debitorem de illis cẽtuz adeo quod ex hoc poteris cogere eum ad soluẽdũ dicta cẽtum. Ita not. dixit Bart. in l. fi. fa. la. ñ. per illum tex. ff. ad macedo. Et idẽ ipse dixit in l. quo enim. in. §. i. ff. rem ratã ha. ꝛ Bar. in l. si taberna. in. §. idẽ queſ̃t. ff. de pigno. et in l. publica. in fi. ff. depo. Et idẽ firmat Batha. in no. suo. xxñ. incip. Nota mirabilem ꝛc. Ubi allegat. d. l. fi. fa. ꝛ tex. in clemẽ. j. de procu. idem etiam voluit Bal. in l. si procurator absentis. in prin. ff. de procurato. ꝛ Barto. ꝛ Bald. in l. titius seyo. ff. de cõsti. pecu. et Bald. in rubri. C. de fide instru. in antepenul. colum. versi. quero quid de literis ꝛc. ꝛ in l. si literarum. C. de solutio. et in l. fi. C. ad macedo. ꝛ Bal. in l. si literas. C. mandati. ꝛ in l. fi. C. de noua. et in c. ex parte. in. vñ. colum de rescrip. ꝛ in c. fina. in. viñ. col. de iureiuran. ꝛ Jo. de imol. in l. qui in domini. ff. de testa. ꝛ in l. nõ solũ in. §. morte. ff. de oper. no. nũtia. ꝛ in cle. j. de procura. in fi. ꝛ Lud. roma. in l. que dotis. in. vñ. colũ. ff. solu. matri. ꝛ Abb. in c. nõ iuste. in. iñ. col. de pcu. ꝛ Abb. in cõsi. suo. xviñ. inci. in causa ꝛ questione. in. ñ. colũ. ꝛ Lepo. in cautela sua. xj. incipiẽ. pone qõ filius ꝛc. et docto. in l. fi. C. ad macedo. Idẽ voluit glos. in l. pomponius scribit. ff. in quib⁹ casibus pig. taci. cõtraha. ꝛ ibi voluit Ange. ꝛ Jmo. et dñs Philip. in c. cũ. Bo. Ferrariẽsis. in. xviñ. col. de cõsti. ꝛ domi. Lau. cal. in cõsi. suo. xviñ. incip. Ad primum videt ꝛc. in. iiñ. colũ. ꝛ dñs Alexã. in cõsi. suo. cxlvñ. incip. põderatis verbis. in iiñ. colũ. in. ñ. vol. ꝛ Jaſ. in repe. l. admonẽdi. in. lxñ. col. de iureiu. De quo etiaz dixi in cõsil. meo. xlviñ. incip. Jn cã ꝛ lite. in. ñ. char. Et latius dixi in repe. mea rub. C. de pba. in. li. colũ. vbi oĩa supradicta adduxi. Et circa hanc materiam scias quod si debitor in duocentum dicit creditori. Accipe tua cẽtum que tantum tibi debeo, si creditor tacet sibi preiudicat: quia dicitur fateri se tantũ debere habere centum et non vltra, secus autem si nõ apposuit dictionem taxatiuã tantum. Jta not. dixit Barto. ꝛ Rapha. cu. in l. si cum dos. ff. rerũ amo. quod dictum refert et sequitur Ludo. roma. in l. j. ff. si quis iusdi. nõ obtempe. et Jaſ. in l. si quidẽ. C. de transac. ꝛ in. §. si min⁹. in. ñ. colum. insti. de actio. Teneas etiam menti sing. verbũ in hac materia taciturnitas, vcz qꝛ si filie vnius ex fratrib⁹ fuit data dos per patrem de bonis communibus aliꝭ fratribus tacẽtibus ꝛ nõ contradicentibus, videntur fratres qui nõ cõtradixerunt eorum partem donasse. Jta dixit Joã. de imo. in quodam cõsilio suo incip. Jn casu premisso de pluribus est videndum ꝛc. in. iiij. dubio. vbi expresse dicit quod dotes date filiabus alicuius intelligũtur date de communibus bonis fratruz si sunt date scientibus fratribus nec aliquid protestãtibus, adeo qõ tales dotes tẽpore diuisionis nõ sunt in partem illius computãde cuius erãt filie: quia fratres nõ cõtradicẽtes videtur partem eorũ donasse, per id qõ not. in l. si seruus cõmunis. ff. de dona. inter viz ꝛ vxo. quod dictũ pro valde no. refert ꝛ sequitur do. Philip. decius in cõsi. suo. lxvj. incipien. De duobus in antepe. col. in fi. qõ etiã tenuit Soci. in consi. suo. v. incip. suprascriptis insignes doc. in. iiñ. col. ver. circa secũdã in. iiñ. volu. ꝛ ibi in cõsi. sequẽti. ꝛ idem voluit Pau. de cast. in 2 si. cxxij. incip. ad primũ respõdetur in. ij. col. pro quo optime faciunt dicta per do. Philip. deciũ in cõsi. cclxvij. incipiẽ. nõ excidit in. ij. col. ad fi. vbi omnino vide, qõ profecto est perpetua memoria dignũ. Cũ sepe de facto cõtingat. Ad que vide etiam Jaſ. in auſ. qõ locum. in. iiij. ꝛ. v. col. C. de colla.

345 ¶ Maritus si cõfessus est in aliquo dotali instrumẽto vel alius eius nomine se habuisse ꝛ recepisse dotem potest si eam vere non habuit infra debitum tempus opponere exceptionem nõ numerate dotis. l. fi. et auſ. ibi posita. C. de dote cau. nõ nume. l. si voluntate. C. de do. promiſ. habetur in. l. in contractibus. in. §. sed quoniam. C. de non nume. pecu. Et in. §. fuerat. insti. de actio. qõ intellige nisi dicte exceptioni sit renuntiatum: vt in dictis iuribus. Jstud tamẽ procedit ꝛ locuz habet quãdo marit⁹ cõfessus fuisset se dotem accepisse ab eius vxore vel ab eius patre, secus autem si confessus fuisset se habuisse dotem a tertio: quia tunc presumitur semper fuisse actualiter numerata. Et ideo tunc non admittitur exceptio nõ nume. dotis. Jstud fuit singu. verbum Sali. in auſ. sz iam necesse. C. de dona. ante nup. quod dictuz pro singularissimo refert ꝛ sequitur Jaſ. in. §. fuerat. in. xxiij. colum. inver. vnũ etiam non omitto ꝛc. insti. de actio. [illegible]

346 ¶ Prescriptio interrũpit pluribus modis: vt habet per Abb. in c. illud. extra de presump. ꝛ per doct. in pluribus et diuersis locis quos refert Bertha. in reper. suo in verbo, prescriptio interrũpitur in. j. ver. vbi latissime loquit circa hanc materiam. Et inter alios modos interrũpitur ipsa prescriptio per citationem legitime factã ſm Jo. and. ꝛ alios in. c. ꝓposuisti. de foro cõpe. ꝛ in. c. sz. de offi. delega. ꝛ in. c. venerabilis. ꝛ in. c. cum plures. eo. titu. lib. vj. Bar. in l. ex hoc edicto. in prin. in. j. colũ. ꝛ ibi Alexã. in. v. colum. vbi allegat alios plures tenentes hanc partem. ff. de eo per quem fac. erit. ꝛ Ange. in l. ad peremptoriũ. ff. de iudi. ꝛ Oldra. in consi. suo. cclxiij. incip. Quia tota ꝛc. in. iiñ. colũ. ꝛ Bar. ꝛ Alexã. in l. accusaturus. ff. de adulte. Tene tamẽ mẽti qõ nunq̃ per citationem interrũpitur prescriptio, nisi de tali citatione fit facta relatio per nuntium iudici. Et talis relatio sit in scriptis redacta. Jta dicunt docto. in cle. ñ. vt lite pendeñ. qõ dicit Pet. de ancha. ibi hoc esse singularissimũ dictum. Et refert se illud audiuisse a Bal. in voce dicẽtez hoc tenere Guiliel. de cu. in l. sicut. C. de prescript. xxx. an. Quod dictũ refert ꝛ sequit Jaſ. in. §. penales. in. xxvñ. colũ. ver. ꝛ circa predicta. insti. de actio. quod est no.

347 ¶ Matrimoniũ metu cõtractũ est nullum ꝛ nõ tenet ſm glo. in l. j. in fi. ff. de auſ. tu. voluit Car. in cle. j. in. xviñ. q. de consangui. et affi. ꝛ Oldra. in cõsi. suo. xxxv. incip. factum tale est ꝛc. ꝛ docẽ. in. c. cõsanguinei. de re iudi. Bal. in tracta. scisma. in. vj. col. ꝛ habeẽ in c. qõ locũ. ꝛ in. c. seq. extra de sponsa. ꝛ per Jnno. in. c. causam matrimoñ. de offi. deleg. per Bart. in l. fi. ff. si quis aliquẽ testa. phi. Et per Bal. in l. j. C. eo. tit. per glo. in l. si mulier. in. §. si dos. ff. qõ met. causa. qõ est verũ si metus sit talis qõ cadat in cõstãtẽ virum alꝭ non, vt habetur in. c. veniẽs. el. ñ. de sponsa. de quo etiam per Alexã. in cõsi. cccxcj. incip. in causa ꝛc. ꝛ in cõsi. ibi sequenti. Et in consi. clvj. incip. Uiso processu ꝛc. in. v. volu. ꝛ in cõsil. suo. cccxliij. incipiẽ. Quoniam matrimonium tamẽ carnale nõ inualidaẽ propter metum reuerẽtialem patris: vt est tex. no. ꝛ ibi Bal. et Sali. in l. si patre cogente. ff. de ritu nup. ad quod tamẽ vide que diximus. in singu. cxlvñ. incipiẽ. Filius presens. ꝛ in fine. ccxv. inci. Ualidũ est argumẽtum. Dicas tamẽ et perpetuo teneas menti quod in matrimonio spirituali. Puta in ingressu religiõis facto per filiũ vel filiam coacte propter reuerẽtiam paternam vitiatur tale matrimonium ꝛ talis ingressus, ita dixit gl. sing. in c. presens clericꝰ. xx. q. iñ. quam glo. pro valde not. refert ꝛ sequitur Jaſ. in. §. quadrupli. in. ix. col. in fi. insti. de actio. vbi dicit illam glo. esse perpetuo notañ. qꝛ sepe cõtingit de facto, qõ filie inuite: quia forte sunt deformes aut claude ꝓpter reuerẽtiam patris ingrediunt monasterium aut virginitatis habitũ suscipiũt: quod per hoc vitiatur ingressus ꝛ professio, ita qõ sine preuaricatione potest deseri ꝛ deponi. Ad qõ etiã dicit videñ. etiam esse text. in c. cũ virũ. ꝛ ibi do. An. extra de regula. ꝛ Jmo. in l. si cum dotez. in. §. eõ autẽ tempore. ff. solu. matrimo. ꝛ text. in c. j. ꝛ ibi glo. ꝛ Abb. extra quod met. causa. de quo etiam per Alex. in. d. §. eo autẽ tẽpore. in pe. colũ. et per Jaſ. in auſ. ingressi. in. j. col. C. de sacrosan. eccle. Pro quibus etiã facit, nã si filia ꝓpter nimiã reuerẽtiã patris iurat tale iuramẽtum eã nõ obligat. Jta no. dixit Bal. in l. etiã. C. ad vellea. et in l. pactũ qõ dotali. in. iñ. col. in prin. C. de colla. quem refert ꝛ sequitur do. Albe. catanius in tractatu suo violãtes. in verbo. mulier. in. ix. char. in. iñ. col. ꝛ faciũt dicta per do. Philip. deciũ in 2 si. ccxix. incip. Uiso pũcto. in. iñ. col. in fi. ver. Septimo adduco. Tene mẽti predicta: qꝛ plusq̃ quotidiana sunt. Et nimirũ si qñq̃ moniales sunt inhoneste ꝛ turpem ducũt vitam in vituperiũ religionis ꝛ suorum affinium. Nam hoc euenit qꝛ ipse fuerunt facte moniales contra earum voluntatem.

348 ¶ Libellus generalis ꝛ incertus regulariter nõ admittitur: vt habetur in l. si in rem. ff. de rei ven. ꝛ in l. j. §. si quis argẽtum. ff. de positi. ꝛ in l. pretor edixit. in prin. ꝛ in. §. qõ aũt pretor ait. ff. de iureiur. ꝛ in l. in actione. ff. de furt. ꝛ in c. j. ñ. ꝛ iñ. de lib. obla. cum si. Hec autẽ regula limitaſ multis modis, sz inter alias limitatiões limitatur hoc esse verum si opponaſ a parte, secus autẽ si non opponaſ. Quia tũc procedit talis libellus generalis et incertꝰ. Jta habetur per doc. in l. fina. vbi glo. C. de anna. excep. ꝛ glo. in l. j. in prin. in glo. magna. ff. de edẽ. ꝛ ibi Bart. in vlti. colũ. ꝛ habeẽ in. c. abbate sane. de re iudi. in. vj. Jstud tamẽ qõ libellus incertus ꝛ generalis ac obscurus procedit reo nõ opponẽte, est verũ, et procedit in causis ciuilibus: sed secus tamen est in causis criminalibus. Et ideo si dicerem accuso Titiuz de oĩbus maleficiꝭ que cõmisit nõ procederet accusatio etiam parte nõ opponente per l. libellorum. in prin. iũcto versi. qõ si libelli. ꝛ ibi Bartol. ff. de accusa. Jta multũ singulariter dixit Bal. in l. j. in. xñ. col. C. de cõfeſ. qõ dictuz pro no. refert ꝛ sequitur Jaſ. in. §. curare. in. v. col. in ver. ad vnum tñ sing. aduertas ꝛc. insti. de actio. de quo etiã ſm eum habeẽ per Bal. met in addi. ad Spe. in ti. de sentẽtiꝭ. in. xx. col. ꝛ per Ange. in repeti. l. si vacãtia. in. v. char. C. de bo. vac. lib. x. Et ex hoc dicto habes nota limitationem ad tex. in l. absentez. ff. de penis. vbi dicitur qõ in causis criminalibus proceditur ad instar ciuilium. ad quem tex. ponit aliam limitationẽ glo. valde no. in. c. de indicũs. qõ est. c. primum. iñ. q. ñ. quã glo. pro valde sin. refert ꝛ sequit Lu. ro. in sing. suo. 718. incipiẽ. Quero nũquid ꝛc. Et alia limitatio ad illum tex. colligit ex dictis per me in l. j. §. fi. in. ñ. col. in versi. scias tamen vnum ꝛc. ff. de questionibus. vbi videas.

349 ¶ In his in quib⁹ tractaſ de preiudicio irreparabili recedim⁹

a regulis iuris communis quod patet. Nam licet quis non possit appellare a grauamine futuro in iudicialibus: quia nõ grauatus non appellat. vt habetur in.c.ante sentẽtiam. ꝛ in.c.nõ ita.ij.q.vj. Et voluit Barto.in.l.tricia.ff.de accusatio.in.v.colũ. ꝛ domi. An. in.c.ex parte.in penulti.colum.extra de appella. Et habetur late per Cano.in.c.vt debitus.eo.titu.tamẽ istud fallit. vbi tractat de preiudicio irreparabili.vtputa si pronunciatur quis torquẽdus, nam licet nondum sit tortus poterit tamẽ appellare ne torqueat cum per torturã tractetur de eius preiudicio irreparabili. Ita habetur in.l.si quis procuratorem.C.de appella. Et per domi. Car. Alexandri.in.d.c.vt debitus.in.ix.col.de appella. vbi ad hoc allegat etiã not.per Bar.in.l.ij.ff.de appella.recip. pro quo faciũt no. verba Bal.in.d.l.si quis prouocatione. Et dicta per do.Fely.in.c. cum super.in penulti.colũ.de re iudi.ꝛ in.c.cum inter.R. priorez. in.viij.colum.de excep.ꝛ per Ange.de are.in tractatu.suo maleficiorum.in verbo. Et dictus Titius se defendendo in.j.char.in vltimo ver.inci.dixi ꝛc.post prin. Et per domi.Fely.vbi omnino videas.in.c.significauerũt.in vlti.col.post med.de excep.ꝛ in.d.c.cũ super.in.iiij.col.ante med. Patet etiaz ex his que dixi in.l. si quis ne questio.in.j.col.ꝛ in.l.j.in prin.in.iij.col.ver. Et subdit Bar.ꝛc. Et ibi in.viij.col.ver.sequeretur etiam ꝛc.ff.de questioni. Et ideo tene menti qõ licet merus executor habeat cõscientiam suam cõtra sentẽtiam quaz debet exequi cũ videat illam iniquam, tamen tenetur illam exequi: vt volunt docto.in.c.pastoralis.§.qz vero.ꝛ in.c.preterea.de offi.deleg.ꝛ in.l.sivt proponas.ꝛ in.l. executorez. vbi per glos.ꝛ Bald.C.de execu.rei iudi. Tamẽ hoc fallit in causa criminali in qua tractat de pena corporali: quia in talibus causis merus executor nõ debet exequi sentẽtiã iniustam cõtra cõsciẽtiã suam: qz dãnum talis executionis est irreparabile. Ita not. dixit Inno.in.d.c.pastoralis.in.d.§. qz vero.quod dictũ refert ꝛ sequit Jas.in.§.si minus.in.vij.col.in prin.insti.de actio.ad quod etiam allegat Pau.de leaza.ꝛ Pe.de ancha.in cle.j.de re iudi.ꝛ Bal.in l.aditos.C.de epali.audi.p hoc etiã facit illud satyrici vcz. Nulla vnq̃ de morte hominis cõtẽtio lõga est. Et vltra eum dicas tu qõ pro predictis optime faciunt dicta per do. Mellum in trac.suo bãnitorum in.iij.parte primi tempo.in.v.q.inci. Quinto quero ꝛc. in ver. Ego vero ꝛc.vbi notanter loquitur ꝛc.

350 ¶ Damnum quod quis sua culpa sentit sibi imputet ꝛ nõ alijs. l.si fideiussor.ff. manda.l. si merces.in.§.culpe.ff. loca.l. inter oẽs. in.§.penul.ff.de fur.l.j.§. vsq; adeo.ff.de iniur.l.iij.§.si quis volentem.ff.de libe.homi.exhi. cũ si. Et ideo teneas menti, nam tu scis quod si sit facta locatio in emphiteosim alicui pro se ꝛ filijs, non comprehenduntur filij adoptiui ſm Speculato. in titu. de loca. in.§.nunc aliqua.in ver.lxviij. Et habetur in.c.adoptiuis.in titu. si de feu.fue.cõtro.inter do.ꝛ agna.hoc tamen intellige verum esse nisi ad instantiam concedentis seu locatoris fierent filij adoptiui: quia tunc tales filij adoptiui comprehenderentur in tali locatione. Ita not.dixit Soci.in.l. si cognatis.in.xij.colũ. in fine.ff. de re. dub.quod etiam extendit ad materiam.l.si vnq̃.C.de reuo.dona. de quo ibi latius per eum. Pro quibus faciunt dicta per Soci. met in fallentijs suis in.cccl.xxij.fallentia.in prin quod est no. Et faciunt etiam dicta per eundem Soci. in cõsilio suo. vj. incipien. Licet adijcere.in.ij.ꝛ.iij.col.in.iiij.volu. Et dicta per me in repeti. mea rubri.ff.de fideiusso.in.xix.q.ante finem.ꝛ dicta per Ludo.roma.in singu.suo.cccclxviij.incip.emptor ꝛc.

351 ¶ Amicitia magna idẽ operat qõ cõiunctio sanguinis.l.cum allegas.C.de castren.pecu.lib.xij.ꝛ glos.in.c.ij.in glos.pe.de testa.in vj.glos.ꝛ ibi Abb.in vlti.colũ.in.c.requisisti.de testa. Cy. Salice. Alexã.ꝛ Jas.in.l.exigendi.C.de procura.Jo. an.in.c.fi. de postu. et Cy.in.l.inuitus.in.iij.colũ.C.de procura. Pro quo facit optime tex.in.l.ij.in prin.in verbo, amici.ff.qui petã.tu. et facit tex. et glos.sing.in.l.in testamẽto.ff.de fideicõ.liber.que dixit qõ affectio facit qõ ex testamẽto nõ solẽni quecũq; legata debeantur. de quo tex.ꝛ glo.dixit plura singularia Jas.in.l.non dubium.in.ij.col.C. de testa. Et faciũt dicta per Bal.in.l.si iure.C.de test.manu.et per Soci.in cõsi.suo.lxviij.incip. Joãnes ꝛc.in pe.colũ. in prin. et per Barba.in repe.l.cũ acutissimi.in.xiij.colũ.in ver.ꝛ si verbis daretur audacia ꝛc.C.de fideicom.vbi conatur sustinere quod dispositio.d.l.cum acutissimi.ꝛ.l.cum auus.ff.de condi.ꝛ demon.et.l.generaliter.§.cum aũt.C.de insti.ꝛ substi.ꝛc.habeat locum etiam in persona valde dilecta testatori. Et hoc ex pluribus iuribus et maxime propter glo.in.l.ij.C.in quibus causis colo.censi.lib.xj. Sed istud dictuz improbat Jas.in.d.l.exigendi.in pe.col.C.de trãsac. Et pro supradictis faciunt optime dicta per Barba.in consil.suo lxxv.incip.sapienter.in.iiij.colũ.in.iiij.volu. Et in eodem volu.in consi.xxij.incip. Clementissimum.in.ij.col. Modo ex supradicta cõclusione pluribus iuribus roborata a docto.in dictis locis, vcz qõ iura loquẽtia in affine vel cõiuncto sanguine habent locum in amico magna amicitia coniuncto. Ego infero ad vnum multum singulare, vcz q̃ sicut ego impune possum occidere illum qui fecit insultum cum armis cõtra cõsanguineum vel affinem meum pro defensione sua, sicut ego possem pro me tali casu talem insultantẽ impune occidere: vt dixit Bal.in.l.raptores.in.ij.not.C. de episc. et cleri.quẽ refert ꝛ sequit Jas.in.l.j. in.ij.colũ.C. de indic. vidui. tol. vbi plura ad corroborationem huius dicti: ita potero impune occidere insultantem cum armis amicũ meum maxima amicitia cõiunctum per predicta qõ audacius affirmo: qz hoc expresse voluit Bal.in.l.vt vim.in.ij.colũ.ver.quinto querit ꝛc.ff. de iusti. ꝛ iure. Pro quo allegat que habẽtur in.l.cum alienam.C.de lega. Vide tamẽ Sali.in.l.nullus.C.de maledi.ꝛ mathe.que videtur dicere vnum verbum cõtra predicta: sed eius dictum potest reprobari per supradicta, de quo etiam dixi in repeti.mea.l.j.C. de rap. virgi.in.xlix.char.vbi videas.ad quod etiam vide Corneum in cõ si.cciiij.incip.pro decisione.in.ij.colũ.in.j.volu.ꝛ vide domi.Fely. in.c.si vero.el.j.in fi.de sen.excom.vbi dicit qõ licitum est occidere aggressorez etiam si aggressum nunq̃ cognouisses.allegat glo.in c.j.in verbo, hactenus.xxiij.q.viij. de quo ibi latius per eũ. Tenementi, qz sepe contingit in facto.

352 ¶ Sepius vidi dubitari circa vnum, vcz si fiat treuga vel pax bãnito an illa sit sibi seruanda, ꝛ an non seruans eam cadat in penaz conuentionalem, in quo breuiter dicas quod talis nõ seruans talem pacem vel treugam nõ cadit in penam. Ita dixit Bal. super statuto in verbo, pax in.j.ver.ꝛ domi. Mellus in tractatu bãnitorũ in tertia parte secundi temporis.q.lj.incipiẽ. Quero bãnitus ꝛc. et ibi in.q.sequen. de quo etiam per Bald. in.l. iurisgẽtium.in.§. si paciscar.el.j. ꝛ in.§. si paciscar. el.ij.ff. de pact. vbi tenet qõ talis pax nõ valeat. Et ideo qõ cõtraueniẽs nõ cadat in penam quod dicit obtinuisse in cõtingẽtia facti quod dicit procedere etiã si pena sit promissa cum iuramẽto. De quo etiam per Jo.an.in regula frustra.de regu.iur.in.vj.in mercu. Et per Barto. Bal. Ange. ꝛ Imol.in.l.quid ergo.in.§.si heres.per illum tex.ff.de lega.j. ꝛ per Bar.in questione sua incip. Lucane ciuitatis. ꝛ in.l.eleganter. in §.fi.per illum text.ff.de pig.act. ꝛ per docto.in.l.j.C.qñ lice. se sine iudi.vindi. Et per Bar. Bal. ꝛ Ange.in.l.j.in.§.nõ autem. per illum tex.ff.de dolo. ꝛ per Bal.in.l.j.in vlti.col.C.si a nõ cõpe. iudi. et in.l.paciscì.ff.de pac. ꝛ per Jas.in.l.conuentionem.in.j.colũ.ff. de pac. ꝛ per do. Phili.cor.in cõsilio suo.clxxv.inci.cõsuluit.in.j. volu. ꝛ per Alex.latius loquẽtem in.l.qui seruum.ff.de ver.oblig. vbi etiã limitat predicta. Et dicit ista esse vera quãdo cuilibet iure publico cõpeteret facultas offendẽdi bãnitũ, secus si solo offenso, qz tũc poterit per pactuz tolli. allegat in arg.l.j.in fi. ꝛ.l.iij.ff. de adi.lega. ꝛ.l.iuris gentiuz.in.d.§.si paciscar. Et dicit qõ ita limitat Bal.in.l.reos.in.xiij.col.C.de accusa. ꝛ Bald. ꝛ Salice.in.d.l. accusationis.ff.quod met.causa. de quo latius valde dixi in practica mea causarum criminaliũ.in.clxvj.charta.vbi omnino videas: qz ista sunt multum vtilia ꝛ valde quotidiana. A433.

353 ¶ Datio pecunie ꝛ interuentus ipsius inducit delictum vbi als delictum nõ esset, et hoc patet in pluribus casibus. primo appareret in teste qui accipit pecuniam vt dicat verum testimoniũ. Nam talis testis incurrit penam falsi ſm glo. Bar. ꝛ alios in.l.j.in prin. ff. de fal. ꝛ ibi dixi in.j.colũ. ꝛ idem dicit ibi glo. Barto. ꝛ alij in iudice accipiẽte pecuniam vt iustam sentẽtiam ferat: vt in.l.ij.ff. de cõdi.ob tur.causaz. Et ratio est ſm Barto.in.d.l.j. quia testes debent deponere gratis illud quod sciunt nõ autem per pecuniam: vt in.l.iij.in.§.l.iulia.ff.de testi. Et illud quod debet fieri gratis si fiat per pecuniam turpiter fit: vt not.in.l.iij.in.§.si tibi.ff. de condi.ob tur.causam. ꝛ idem etiam dixit Barto.in.l.diuus.ff.de re iudi. ꝛ Bal.in.l.data opera.in.xv.col.versi.quid si testis.C. qui accusa.nõ pos.pro quibus facit.l.j.ver. pecunia accepta. ff. de recepta. et tex.in.l.fi.in.§.fi.ff.ad leg.iul.repe. Et faciunt optime dicta per domi. Mellum in tracta.bãnitorum.in.ij. parte secundi temporis in.xij.q. Et vltra predicta circa hãc dationem pecunie teneas mẽti perpetuo singulare verbum, vcz qõ si per auri dationem inducitur mulier ad adulteriuz, licet cõtẽta fuerit committere tale adulterium tamẽ inuita reputatur illud commisisse. Et ille qui auruz vel pecuniam dedit punietur pena statuti que imponitur adulteranti mulierem inuitam. Ita sing. dixit Ang. in auth. de lenonib⁹. in.§.fi.circa fi. Quod dictũ pro not. refert ꝛ sequitur do. Philip. decius in cõsil.suo.clxx.incip. Viso themate ꝛc.in.ij. colum. Pro quo ſm eum facit text.in.l.j.C.de rap.virgi. ꝛ in.l.j.§.persuadere. ff.de seruo corrup. ꝛ etiam videtur idem dicere Cy. in.d.l.j.C. de rap.virgi.in.j.col.in ver.tertio oppo.ibi, ꝛ sic mulier decepta ꝛc. ꝛ idem voluit do. Joã.niuizanus in silua sua nuptiali in.xiij.char. in.ij.colũ.in fi.qõ est no. Pro quo facit. Nam aurũ seu munera faciunt nõ volentem velle. Ideo scribit Deutero.c.xv. Qõ munera excecãt oculos sapiẽtũ ꝛ mutãt verba iustorũ, quod dictuz refert Ang. ꝛ Jas. post eum in.l.nõ dubium.in prin.C.de testa. Et dicit text.in.c.qui recte.xj.q.iij.qõ acceptio nũmorũ prevaricatio veritatis est. Et facit tex.no.in.c.pauper.xj.q.iij.in versi.cito violatur auro iustitia. Hippolytus Marsilius.

354 ¶ In dubio presumitur pro iudice.l.ij.C.de offi.ciuil.iudi.l.herennius.in.§.gaya.ff.de euictio.c.pisanis.de resti.spol. cum simi.

hoc tamen

hoc tamẽ intellige verũ ꝛ locũ habere qñ iudex seruauit debitum ordinem in ꝓcedendo, sed qñ debitũ ordinẽ omisit non ꝓsumit ꝓ eo. Jta no. dixit Bal. in l. sancimus. in iij. colũ. ver. tertiodecimo querit. C. de iudi. qõ dictum refert ꝛ sequit. d. Paris de puteo in tracta. suo sindica. in. xix. char. in. iij. colũ. Tu adde qõ ratio potest esse: qꝛ cognoscere iuris ordine non seruato est ius alterius auferre. ſm Bal. in. c. j. §. seu furtũ. in. v. col. de pace iura. fir. quem refert ꝛ sequit. d. Piero. tortus in cõsi. suo. qõ facit ꝓ cõe Florẽtie tẽpore Sixti pontificis in. xxvj. col. ꝛ. d. Catal. in tractatu suo sindica. in ver. 416. incip. Adde qõ cognoscere ꝛc. Et in eodẽ tracta. in ver. 128. incip. Adde qõ si potestas. Jtem alia est etiaꝫ ratio: qꝛ iudex ꝓcedens extra ordinem dicitur ꝓcedere de facto. ſm Bal. in. l. ictus fustium. in vlti. col. ff. de his qui no. infa. Et ꝓ predictis facit not. verbũ Ang. in cõsilio. 176. qõ refert ꝛ sequitur. d. Phili. decius in cõsilio suo. 74. in. iij. col. vbi dixerũt q ꝙ qñ in instrumẽto venditoꝛ ꝓmittit emptorem defendere de iure ꝛ de facto, ꝛ qõ plus est obligat se etiam si ꝓ iniuriam iudicis res euincatur: hoc tantũ pactum intelligit qñ per ignorantiã iuris vel facti iudicis euinceretur qõ iudex seruato iuris ordine ꝓcessit: secus aũt esset si ꝓtermisso iuris ordine iudex ꝓcederet et res euincerẽt: qꝛ isto casu vigore ꝑdicte ꝓmissionis venditoꝛ non obligaret. Et adducunt rationes ꝛ iura de quibus ibi per eos. Tene menti: qꝛ modernis tẽporib⁹ iudices sunt temerarij ꝛ bestiales ꝛ nullũ iuris ordinẽ seruant: ĩmo ex capite ꝛ ceruice sua nouas leges faciũt cõtinuentibus oculis superiorum suorum, qõ subditis tolerare necesse est cũ alijs calamitatibus.

355 ¶ Debitoꝛ in diem non põt cogi soluere ante diez l. iustas. C. de iure fisci. lib. x. l. si mandauero. la premiere. in princi. ff. manda. l. eũ qui calendis. ff. de verbo. obliga. l. cedere diem. ff. de verbo. signi. §. plus aũt. instit. de actio. cũ si. Et dicit vulgare ꝓuerbium: ꝙ optimus est debitoꝛ qui soluit in termino obligatiõis. Teneas tamẽ menti in materia singularem casum. l. j. C. de cõdi. ex le. vbi habẽt ꝙ hoc fallit in fisco qui ꝓpter necessitates suas occurrẽtes põt debitores suos ante diẽ exigere: et qõ fortius est debitoꝛem sui debitoris potest ante diem exigere: debet tamen intervsurium medij temporis debitoꝛi relinquere. ſm gl. et docto. ibi. Et illum casum dicit ibi Bar. singularem. et dicit ibi Bal. per illum tex. ꝙ empto res gabellarũ ꝓ necessitate reipublice possunt cogi ante tempus: dimisso tñ eis intervsuris medij tpis: et subdit qõ tota die ꝓpter repẽtinas necessitates publicas hoc fieri videmus: et dicit ꝙ hoc non est iniustũ, qõ dicit esse menti tenendum. Et dicit ibi Sali. qõ hoc frequenter practicatur in Bononia cõtra gabellarum conductores ꝛ datiarios, ꝛ verũ dicit: nam ego vidi hoc fieri in hac ciuitate pluribus vicibus, et idem per illuꝫ tex. d. l. j. C. de cõdi. ex leg. dixit Jaſ. in. l. in diẽ. in. j. colũ. in fi. ff. de condi. indebi. Et adde hic qõ omnis fideiussoꝛ fugitiuus potest capi ante diem fiende solutionis. Jta dixit Bal. in dicta. l. j. in fi. verbis. C. de condi. ex lege. allegat ad hoc. l. quesitum. ff. de pig. vbi est gloſ. not. ꝓ hoc dicto suo. quam vide.

356 ¶ Juramẽtum est maxime potentie: et habet plures effectus, vt patet ex dictis canonistarum in titu. de iureiur. maxime in. c. cum cõtingat. ꝛ in. c. lꝫ mulieres. eo. tit. in. vj et ptꝫ etiaꝫ in tractatu de virtute iuramenti edito ab excellẽtissimo. V. J. interꝑte. d. Marcoantonio Baueria. Et p. d. Anto. coꝛsetum in repeti. sua rubric. extra de iureiurã. et p me in repeti. mea. l. fi. C. de ꝓba. in. xxxiij. et xxxv. char. vbi posui plures notabiles effectus ipsius iuramenti. Et inter alios effectus habet vnum qõ est magni commodi ꝛ vtilitatis: nam iuramẽtum appositum in aliquo cõtractu operatur ꝙ tale instrumẽtum ipsius cõtractus habebit executionem paratã: licet de iure cõi instrumẽtum publicũ non habeat executionẽ paratam. l. minoꝛ. xxv. an. cui fideicommissum. ff. de mino. Jta dixit Bar. in. l. ij. ad fi. ff. de iurei. Et ibi dicit qõ miratur qõ cõsuetudo hanc cautelam ꝛ hunc modũ non adinuenerit. Item tenet Fulg. in. l. sed si possessoꝛi. in. §. si cũ hereditate. ff. de iureiurã. ꝛ Pau. de ca. in. l. nam ꝛ postea. §. si petito. eo. tit. ꝛ in. l. post rem. ff. de re iudi. Et do. And. barba. in repeti. rubri. extra de iureiur. et Alexan. in dicta. l. ij. ꝛ do. Jaſ. in. §. item si quis. in. iij. colũ. versi. duodecimus effectus ꝛc. instit. de actio. Et latius ponit ipse Jaſ. in eodem. §. j. xvij. colũ. ver. extra glo. vt obseruẽ ꝛc. vbi ipse per tres col. examinat ꝓdictum articulũ. Et firmat hanc partem ꝛ respõdet omnibus que adduci possent in contrarium. Et hanc partẽ etiã firmat do. Ant. coꝛse. in. d. sua. repeti. rubri. extra de iureiurã. in. x. priuilegio iuramenti.

448 ¶ Habẽs potestatẽ a lege vel a statuto le vindicandi in aliquo casu nõ põt talem vindictã alteri mãdare ſm Bal.in.l.accusationis.C.qõ me.cã.ꝛ in.l.vt vim.in.iij.col.ff.de iusti.ꝛ iu.ꝛ in.c.j.in.§. fi vero de pace iur.firm.ꝛ in.l.ad officiũ.in fi.C.cõi di.ꝛ in repe.l.j.C. vnde vi.de quo etiã per Pau.de cast.in.l.si cũ dotẽ.in.§.trãsgrediamur.ff.solu.matri.ꝛ per Ludo.ro.in.l.iij.in.§.si maritus.ff.ad fille.ꝛ latius per Alex.in.l.nõ solũ.in.§.si mãdato meo.ff.de iniu. Sed hoc tñ credo posse restringi ꝛ limitari in extraneis: quia talis vindicta nõ poterit mandari extraneis.sed secus credo esse in filijs:quia talis vindicta poterit mandari filijs:ꝛ hoc ex duobus. Et primo propter dictũ Bart.in.d.l.nõ solũ.in.d.§.si mãdato.in ij.col.vbi dicit qõ licet licitũ sit patri occidere filiã cõprehẽsam in adulterio.vt in.l.nec in ea.ꝛ in.l.qõ ait lex.ff.de adul.ꝛ licet hoc nõ possit alteri demãdare, poterit tñ hoc mãdare filijs suis.qõ dictũ approbat Sali.in.l.gracchus.C.de adul.ꝛ.d. Feli.in.c.si vero.el.j. in.j.col.de sen.excõ. Scõo hoc credo esse verum ꝛ procedere ꝓpter illã regulã vez qõ pater ꝛ filius censent vna ꝛ eadẽ persona.l.cũ scimus.C.de agri.ꝛ censi.lib.xj.ꝛ in.§.autoritate.xxv.q.iij.ꝛ habet in l.isti quidem.ff.qõ met.cã.de qua regula plura dixi.ſ.in singu.clx. incip.pater ꝛ filius.vbi videas.

449 ¶ Testamẽta debẽt esse libera ꝛ spõtanea:vt habet in.l.j.C.de sacrosan.eccle.ꝛ in.§.disponat in aut.de nup.cum si. Et ideo videmusqõ testamentũ metu factũ nõ vz ſm gl.ꝛ doc.in.l.ũ.C.si quis ali.test.prohi.ꝛ volũt scribẽ.in.§.j.ff.si qs ali.testa.prohi. Et adeo est verũ hoc qõ testamẽta debẽt esse libera ꝛ non dependere a voluntate alicuius nisi solius testatoris, ꝙ si affines ꝛ intimi testatoris informati forte de ipsius volũtate vel forsan iudicantes quid prudenter illi ageñ.fit fecerũt scribi testamẽtum quo scripto notarius legit institutionẽ heredis ꝛ petit si fic instituere volebat,et testator respõdit qõ fic ꝛ idẽ fecit de legatis,tale testamentum nõ vz: eo qz facile dare materia fabricãdi falsum:qz infirmi quasi ad oia respõdẽt qõ fic.ita dixit Jo.an.in addi.Spe.in ti.de test.in.§. in primis.in addi.inci.pileus ꝛc. Et idẽ dixit.d. Ant.in.c.cũ tibi. de testa.quos refert ꝛ sequit Alex.in cõsi.cclvj.incip. ponderatis verbis ꝛc.in.j.col. Ex quo instruant notarij vt permittãt testatorẽ noĩare heredẽ ꝛ legatarios ore suo ꝓpio,alʒ testamentũ esset inualidũ.de qbus latius p.d.Alex.in.d.cõsi.suo prealleg.ꝛc.ꝛ per Soci.in cõsi.suo.xcij.inci.in cã.in.ix.col.in.iij.vo.ꝛ ibi in consi.xx. incip.in facto presupponitur in.ij.col.ꝛ per Cor.in cõsi.ciij.incip. circa primum.in vlti.col.in.j.volu.

450 ¶ Simplicitati semper succurrendũ est nec simplices sunt decipiẽdi ſm Car.in cle.ij.in.ij.no.de pe.ꝛ re.ꝛ dixit Bal.in l.i.in prin. C.ne fi.pro pa.qõ simplices homines circũuẽti repetuntur tanq̃ errantes. Et propter simplicitatẽ sepe recedimus a regulis iuris cõis:vt ostẽdidi.ſ.in sing.meo.cclxxxvij.tetigi tibi alʒ.ꝛ in singu. xvij.inci.quotidie fiunt. Et ideo tene mẽti no.verbũ.vez qõ licet principalis ꝛ nõ eius ꝓcurator vel aduocatus debeat respondere positionibus.vt habet in.c.pastoralis.de iudi.ꝛ in.c.j.de iudi.in vj.tñ hoc fallit nisi ille principalisq̃ deberet respõdere esset homo simplex ꝛ grossus in quo esset presumptio qõ de leui caperet in respõdendo:qz tũc admittit ad respondenduz dictis positionibus eius procurator vel aduocatus. Jta no.dixit Abb.in.d.c.pastoralis.ante fi.de iudi.ꝛ in.c.dilecti.in.vj.colũ.eo.ti.ꝛ hoc fuit dictum Host.ibi vt refert Abb.in.d.c.pastoralis.ꝛ idẽ dixit Spe.in ti.de positio.in.§.septimo.ver.xvij.ꝛ ibi Bal.in addi.in.iij.col.ver.qñ cliẽtulus. Et istud est no. pro mulieribus minoribus ꝛ rusticis in quibus presumit simplicitas ſm Bal.in rub.C.de re.permu.ante fi.vbi fortius dicit qõ etiã si tales in cõtractu iurent nõ obligant: qz cũ iuramentũ sit captiosum ꝛ iniustũ debet per eꝯ relaxari:et dicit qõ licet iuramentũ representet quẽ maiorẽ, non tñ fingit eũ prudẽtẽ ꝛ sagacẽ sicut nec mulierẽ fingit sagacẽ:qz vt dicit Aristo. mulier hz cõsiliũ inualidũ ꝛ minor habet iudiciũ seu cõsilium imperfectũ.ꝛ ista sunt naturalia ꝛ immutabilia:ita formaliter dicit Bal.in.d.rub.C. de re.permu. Tene mẽti ꝓdicta:qz nedum semel in anno veniunt facto:sed immo quotidiẽ accidunt ꝛc.

451 ¶ Decreui oĩno aliqua tibi tradere in materia presumptionis vltra ea q̃ dixi.ſ.in singu.cxvj.inci.presumptio ꝛc.ꝛ in sing.clxvij. incip.violẽtus ꝛc.ꝛ in sing.ccclxxj.inci.testis ꝛc. Jdeo scias qõ vbi est presumptio cõtra probantẽ nunq̃ ex vno teste defert iuramẽtũ in supplementũ probationis:qz presumptio ✠ probationem vnius testis. Jta singulariter dixit Bal.in.l.nõ est.la.j.circa prin. ff.qõ me.cã. Jtez scias etiã qõ stat presumptioni qñ veritas aliter haberi nõ põt ſm dñm Lau calca.in cõsi.viij.inci. Jn cã pẽdẽte in vj.col. Jtẽ testis nõ idoneus si habet presumptionẽ ꝓ se efficitur idoneus.ita dixit.d.Alex.in.l.si duo patroni.in prin.in.ij.colũ.ff. de iureiu.deduxi.ſ.in sing.cccxliij.inci.verisimilitudo ꝛc. Jtez qñ iuris presumptio est ꝓ allegãte aliqd ipse illud allegãs releuatur ab onere probãdi. Jta dixit Bar.in.l.in illa stipulatione si calendis.ante fi.ff.de verb.ob.ꝛ Soci.in cõsi.suo.lxvj.inci. frustra. in.v. col.post prin.ꝛ in eo.cõsi.vij.col.in fi.vbi plura ad hoc allegat. Jtẽ tractat de probãdo cõtra illud qõ habet presumptionẽ ꝓ se probationesdebẽt esse efficaciores ſm Abb.vbi illũ tex.in.c.qrverisimile.de presump.ꝛ Spec.in ti.de pba.in.§.fi.ver.quintũ ꝛc.ꝛ Alex. post Bal.in.l.trãsactionẽ.C.de trãsa.ꝛ Alex.in cõsi.cccxxiij.inci. in casu ꝓdicto ꝛc.in fi.verbis.ꝛ.d. Phili.decius in cõsi.suo.clxxv. inci. Jn cã falsitatis.in.vj.col.in prin.ꝛ in cõsi.clxxvij.in prin.ꝛ in cõsi.cxcv.in.iij.col.in ver.ꝛ ista cõclusio.ꝛ in cõsi.cv.in.iij.col.ꝛ voluit Abb.in cõsi suo.xj.inci. Jn cã q̃ vertit in.ij.col in.ij.volu. Jtẽ scias qõ presumptiones possunt esse tales ꝙ faciẽt indiciũ ad torturã,ꝛ ecõtrario possunt esse ita leues ꝙ nihil operant. Jta dixit Bal.in.c.veritatis.in.ij.col.in fi.de dolo ꝛ cõtu. Tene mẽti predicta qz in materia presumptionis sunt no.ꝛ quotidiana.

452 ¶ Jnstrumentũ guarẽtigiatum hz executionẽ paratã:qz nihil aliud est guarẽtigia nisi preceptũ factũ in cõfessum ꝓ notariuz de instrumẽto rogatũ effectũ iudicẽ ordinariũ de obseruãdo ꝓmissa. ita dixit Cy.in.l.j.C.de cõfes.ꝛ Bar.in.l.nõ fatet.ff. eo.ti.ꝛ Ang. ꝛ Jmo in.l.pretor.§.j.ff.de re iud.ꝓ quo faciũt dicta p Bald in.c. j.§.j.in.j.col.in ti.de lege corra.ꝛ p Jas.in.l.legitima in.ij.ꝛ.iij.col. ff.de pac. Scias tñ qõ post factũ preceptum guarentigie cõfessio tanq̃ erronea põt reuocari ſm Bart.in.d.l.nõ fatet.quẽ refert ꝛ sequit Bal.in.l.error in.iij.col.C.de iur.ꝛ fac.igno.ꝛ Soci in cõsi. suo.lxxix.incip.si essemus ꝛc.in.vij.col.in.iij.vo.de quo etiaz per Raph.cu in cõsi.clx.incip. Joãnes.vide tñ oĩno Jas.in.d.l error in.j.col.vbi dicit qõ cõfessio põt reuocari pretextu erroris dũmodo expense litis actualiter prius reficiantur parti aduerse,allegat Bar.in.l.rura.ad fi.C.de omni ag.deser.lib.xj.quẽ ſm eũ sequitur Are.in.§.si minus.in.xx.col.insti.de act.ad qõ etiã dicit facere qõ voluit Bar.in.l.edicta.in vlti.col.C.de eden. Limitat etiam Jas. vbi.ſ.ꝛ dicit qõ confessio põt pretextu erroris reuocari nisi fuerit primo acceptata ꝓ partẽ aduersam.nã tũc nõ poterit reuocari qñ ex tali acceptatione esset acquisituz ius parti.ad qõ alle.plura de qbus ibi p eũ sed vltra eũ vide circa hoc que ego dixi in repe.mea l.de vnoquoq̃.ff.de re iu.in.xxx.char.vbi plura not.adduxi circa hanc materiam acceptationis. Tene mẽti predicta:quia videtur aliquibus notarijsidiotis qõ quãdo aliquis se ponit in cõstituto cum precepto de soluendo nullum sit remedium pro ipso debitore.ꝛ vide omnino que dixi.j.in singu.ccccl xvij.incip. Viget ꝛc. in verbo.videas tamen omnino Soci.ꝛc.

453 ¶ Odia restringi ꝛ fauores cõuenit ampliari.c. odia de reg.iur. in.vj.cum cõcor.ibi in glo.allegatis.ꝛ dixi.ſ.in sing.ccxciij.incip. odia. Et ideo scias qõ licet statuta laicorũ nõ ligẽt clericos:vt habet per oẽsin.c.cũ oẽs.extra de cõsti.ꝛ habet p Bar.ꝛ Pau.de ca. in.l.oẽs ppli.in.xv.col.in.iij.q.ff.de iusti.ꝛ iu.ꝛ per Bald.in.l.iij. C.ad.l.fal.ꝛ p Bald.in.l.oĩ.C.de sa.san.ec.ꝛ in.l.j.in fi.C.de cõtrahen.emp.ꝛ in.l.cũctos populos.in.vij.col.C.de sum.tri.ꝛ p Bal. in.c.j.§.si quis per triginta.si de feudo fue.cõtro.ꝛ per Bar.in.l.j. §.que onerande.ff.qua.re.act.nõ da.ꝛ per Joan.cal.in dispu.sua inci.statuto ciuitatis cauetur.ꝛ per Paul.de cast.in consi.ccxcix. incip.ad primum.ꝛ habetur etiam in alijs locis que referũt doct. in dictis iuribus. hoc tamen intellige esse verum in preiudicialibus ipsis clericis.secus autem est in fauorabilibus ipsis clericis quia tunc statutum laicorum comprehendit clericos.ita dicit Abba.in.c.ecclesia.de constitu.ꝛ voluit Lapus allega.cj. incip.in ciuitate Florentie in.v.colum.ꝛ voluit domi. Rochus curci.in.c. fi.in.cxvj.colum.de consuetu.vbi ad hoc allegat text.in.c.dilecti. de fo.compe.ꝛ alia plura de quibus ibi per euz. Dicit etiam qõ si consuetudo non esset simpliciter fauorabilis clericis sed indifferens posset clericus ea vti in suum fauorem.c.si in adiutorium.x. dist.ꝛ tradit Bal.ſm eum in.l.de quibus.in.xvj. colum.ff. de legi. Adducit etiã Abb.in.c.fi.in.j.no.per illũ tex.de vita ꝛ ho.cle.vbi dicit qõ clerici possunt vti statuto cõtra laicos:qõ instrumẽta habeant executionem paratam,qõ etiã voluit Bemi.in.c.fi.in prin. in.ij.col.de offi.deleg.lib.vj.ꝛ Pau.de cast.in consi.suo.ccc.incip. ad primum diceñ.vbi dicit qõ nõ est absurdum ꝙ clerici gaudeãt

beneficijs statutorũ populi licet nõ supportent onera:qz sufficit qõ subeant onera spiritualia:z sic non sunt similes cum forẽsibus a quibus populus nullum habet subsidiũ:de quo etiã latius per ipsum do.Rochum in.d.c.fi.in.cxvj.col.de consue.

454 ¶ Cursus temporis est magni effectus:vt dixi z ostendidi.s.in ꝓpluribus singularibus in quibus locutus sum,de diuturnitate tẽporis.Sed vltra omnia q̃ dixi accipe alium no.effectum quem producit cursus tẽporis.Nam tu scis qõ pena homicidij est pena mortis.l.iij.C.de epali audi.z dixi late in.l.j.in prin.in.j.not.ff.de sica.Attamẽ si quis olim commisisset homicidium de quo nunq̃ fuit cognitũ,licet nũc detegaꝛ tale crimen z cognoscaꝛ de eo pena debet aliquantulũ alleuiari.Ita dixit gl.z Bar.in.l.si diuti⁹.ff.de penis.z Pet.de ancha.z Barba.in.iij.colũ.in.c.fi.de cõsue.quos refert z sequit Rochus de curte in.d.c.fi.in.ij.col.ad fi.vbi ex his infert qõ talis homicida decapitari nõ debet sed alia leuiori pena puniri.qz si pena debet esse leuior qñ delictum fuit iãdiu perpetratum ergo erit minor morte:vt ad sensum patet qõ dicit ibi.d. Rochus ligandum esse digito.qz ꝑm eum est decisio pro liberãdo amico a pena mortis.pro quo ꝑm eum benefacit tex.in.l.querelã. C.de fal.z in.l.adultus.C.de adulte.vbi tpis cursu crimen abolet. Sed tu vltra.d.Rochum vide Sali.hoc expresse dicentem in.l. seruos.in.ij.col.C.ad.l.iul.de vi.Et pro hoc dicto optime faciunt que ego dixi in.l.j.in.§.diuus adrianus.in penul.col.in prin.ff.de sica.Tene menti:quia sepe cõtingit qõ homines pro aliquo anti quo homicidio capiuntur z inquiruntur de eo zc.

455 ¶ Difficillimum est iustũ dolorem tẽperare.ita dixit tex.no.in l.si adulterium cum incestu.§.imperatores.ff.de adul.l.gracchus. circa fi.C.eo.tit.que iura alle.Pau.de cast.ad no.decisionẽ in cõsi. suo.cxcij.inci.in causa incarceratorũ in vlti.col.z Ange.de aret.in trac.maleficiorum.in verbo,z dictus Titius se defendẽdo.in.iij. char.in ver.aduertas.z.d.Frã.de aret.in cõsi.suo.cxvj.incip.sicut Joãnes.in vlti.col.Et idẽ probat tex.in.l.j.in.§.fi.ff.de sica.z in.l. si qs in graui.in.§.si tñ maritus.ff.ad sille.Et voluit glos.in.l.nec in ea.in.§.fi.ff.de adul.z voluit Abba.in.c.dilecti filij.de excep.et in.c.j.de iniur.z in.c.cum te.in.xj.col.de re iu.de quo latius locutus sum in.l.j.in prin.in.ix.col.ver.xiij.limita zc.ff.de sica.Et per predicta iura.l.d.§.imperatores.z.d.l.gracchus.teneasperpetuo menti singu.verbũ qõ dixit.d.Pa.de puteovcz qõ si iudex nõ precedentibus indicijs posuit aliquem ad torturam qõ si ille fit indebite tortus occidat talem iudicem non debet puniri pena mortis sed alia minori pena citra mortẽ licet pro homicidio imponatur pena mortis.vt dixi in superiori proxi.not.Ita singulariter dixit d.Pa.de puteo in trac.sindi.in.xxxj.charta.in.ij.col.in fi.sub ver. quidã index.vbi refert quãdam facti cõtingentiaz.pro quo dicto faciũt optime que dicunt de prouocato delinquẽte qui excusatur delicto.de quo late dixi in.d.l.j.in prin.in.ix.col.ff.de sica.et dixit etiam Alex.in cõsi.suo.cxliij.incip.post reditũ.in.ij. col.in.ij.vol. Tene mẽti rogo predictã doctrinã.qz modernis tẽporibus vt plurimũ iudices velo leuato torquẽt hoies sine indicijs:z velle suum subrogãt loco indiciorũ qõ est durũ z iniquissimum,tñ tolerat a superioribus immemores qõ lẽto gradu diuina procedit ira,non tñ ipse deus obliuiscitur iniquitatũ iniquorũ iudicũ zc.

456 ¶ Habuisti.s.satis late in sing.cxcv.incip.nemo priuandus est possessione sua.qõ quis non debet ex abrupto non seruato iuris ordine priuari pos.sua.de quo me remitto ad ea que ibi dixi.Sed circa ipsam materiam possessionis dico vnum aliud not.verbum vcz qõ adeo iura abozrẽt spoliationem possessionis alicuius q̃ si quis vellet me expellere de possessione mea qõ amici z vicini mei possunt illum impune percutere ne me expellat etiam si per magistratũ fuerit missus talis executor.qz populus z quilibet de populo poterit illi resistere impune illum arcẽdo a tali nequitia quã committit.Ita dixit Bar.in.l.deuotum.C.de metallis.quem refert z sequitur.d.Pa.de puteo in suo trac.fin.in.ij.char.in.j.colũ. in ver.excedant plericq̃ zc.qõ profecto est multũ no.propter istos barataꝛios z modernos barisellos qui de facto homines bonis z rebus suis indebite spoliãt vt tota die occurrit z eis videnꝫ omia licere zc.Et idem voluit Coze.in no.suis in ver.defensio in.ij.no. pro quibus faciunt dicta per.d.Alexan.in consil.suo.cxix.incip. Viso processu zc.in.iij.col.in.vij.volu.

457 ¶ Testimonium infamis infamia iuris vel facti licet non sit habile quo ad condemnandum:vt habetur in.l.j.C.de sum.tri.et in c.testimonium.extra de testi.de quo late dixi in repe.mea.l.fin.in vj.charta.de proba.z in singu.meo.cix.incip.infans zc.Tamen scias qõ tale testimonium est sufficiens ad inquisitionem z ad torturam.Ita singu.dixit Bald.in.l.j.in.vj.colũ.C.de sum.tri.quem refert z sequitur do.Pa.de puteo.in tracta.sindi.in.xciij.charta. in.iij.colum.circa me.qõ est singulariter no.Sed hoc tamen indistincte nõ audeo affirmare per ea que dixi.j.in sing.cccclxxvj.inci. Audiisti zc.vbi videas.

458 ¶ Liber mercatoris anꝛ qñ faciat fidẽ pro eo vel cõtra eũ habeꝛ late perscribẽtes.in.l.quedam.in.§.nũmularios.ff.de edẽ.z in.l. admonendi.ff.de iureiu.z in.l.rationes.C.de proba.z in.l.lucius in.§.tutele.ff.de admi.tu.z in.l.argẽtarius.ff.de edẽ.z habeꝛ per Bal.in.l.j.in.ij.col.C.de cõfes.z per Pan.de ca.in.l.tale pactũ.in prin.ff.de pac.z per Bal.in rub.C.de cõsti.pe.in vlti.col.z in.l.in bonefidei.in.iij.colum.C. de re.cre.z in rubr.C.de fi.instru.in pe. char.Sed in hac materia teneasmẽti duo.primũ q̃ si ex forma statuti vel cõsuetudinis standũ est libro mercatoris etiaz in magnis ꝗtitatibus q̃ tale statutũ vel talis cõsuetudo debet intelligi accedẽte tũ cõsensu iudicis z si iudici videbitur considerata qualitate mercatoris z ꝗtitate ac cõditione cause.Ita dixit Bal.in.l.vnica in.iij.col.C.de cõfes.quẽ refert z sequit Abb.in.c.bone.el.ij.i vlti. col.de postu.prela.quos refert z sequit Jas.in repe.l. admonẽdi. in.l.col.de ireiurã.Et subdũt predicti in locis superius alle.qõ si taliscõsuetudo indiscreta esseꝛ indifferẽs.puta qz disponent qõ causa scripture mercatoris credendũ esset ꝓ se q̃ nõ valeret quia esset sine ratione z esset prona ad falsum cõmittendũ cõtra.l.conuenire.ff.de pac.do.z ꝯtra.c.erit aũt lex.x.dist.qõ etiã voluit Jas. in.l.quedã.in.§.nũmularios.ff.de eden.Sc̃o teneas mẽti qõ stãte dicto statuto vel cõsuetudine q̃ libris mercatorum plena fides adhibeat pro scribẽte debet hoc intelligi z limitari nisi mercatoꝛ esset alꝫ infamis vel suspecte vite.Ita dixit Bal.in.d.l.cũctos populos.in repe.in.xv.col.in ver.ꝗtũ exẽplum statutũ pmittit zc.z Bald.in.l.cassius.in vlti.col.ff.de senato.qõ ibi intelligit si talis infamia sit publica alꝫ secus.q̃ dicta refert z sequit Jas.in repe.l. admonẽdi.in.l.col.ff.de iureiu.vbi ꝓ hoc adducit etiã Bar.in simili in.l.quedã.§.nũmularios.ff.de edẽ.vbi dicit q̃ hodie libris mercatorum vel campsorũ plena fides daꝛ pro alio cõtra tertiuz. qõ intelligit Bart.esse verũ nisi talis mercatoꝛ sit persona suspecta.arg.l.si quis ex argentarijs.§.j.ff.de eden.Que oĩa tene menti quia multum seruiunt in curia mercatorum zc.

459 ¶ Vox viua dignioꝛ est voci mortue z ei merito preferꝛ.tex.est in auꝛ.de instru.cau.z fide.in.§.si vero tale.z voluit Spec.in titu. de proba.in.§.videndũ restat.in ver.Sed pone q̃ in instrumẽto. z glo.in.c.iij.loco.de proba.z ibi Barba.in.xxvij.col.z Pe.de an. in repe.c.canonũ statuta.de consti.in.vij.col.z Barba.in.c.ij.in.x. colũ.extra de proba.z voluit glo.in.c.post cessionẽ.z ibi Bart.in xxiij.col.extra de proba.Attamen teneas mẽti vnum casum no. in quo vox mortua prefertur viue voci.Nam tu scis qõ cõfessio facta absente parte nõ plene probat:vt habetur in.l.certũ.§.si quis absente.ff.de cõfes.z in.l.fi.ff.de interro.act.per cano.maxime per d.Feli.in.c.olim.de rescri.z dixi.ij.in singu.ccij.incip. tu scis regulam.hoc tñ fallit in cõfessione quam facit mercatoꝛ in libris suis absente parte.nã talis cõfessio plene probat licet sit vox mortua. Ita no.dixit Bar.in.l.inter chartulas.C.de cõueniẽ.fis.debi.li.x. quem refert z sequitur Bal.in.l.vnica in.iij.colũ.ver.primo casu statur zc.C.de cõfess.vbi dicit qõ hoc euenit:quia scriptura habet actum permanentem qõ non cõtingit in cõfessione viue vocis vt de se patet.ad qõ etiam ipse Bald.adducit dicta per Innocen.in c.cum contingat.de offi.delega.z in.c.si cautio.de fide instru.z idẽ tenet.d.Alex.plura allegãs in cõsi.suo.ccxlv.inci.ponderatis. in vj.volu.z in hac materia cõfessionis facte absente parte.vide que dixi.s.in.d.singu.ccij.inci.tu scis regulam illam zc.

460 ¶ Notissimũ foze opinoꝛ in iure q̃ dictũ testis sine iuramento est inualidũ.vt habetur per oẽs in.l.iurisiurandi.C.de testi.z in.c. tuis questionibus.eo.ti.z in.c.item iurisiurãdi.iij.q.iij.z in.c.hoꝛtamur.iij.q.ix.cuz si.z hoc nedum procedit in teste:sed etiã habet locũ in alia quacũq̃ persona cuius dicto standũ est ex dispositione statuti vel alterius dispositionis ꝑm Ang.in repe.l.si vacãtia. in.ij.colũ.C.de bo.vac.lib.x.de quo latissime dixi in repe.mea.l.fi. in.xxvij.char.C.de proba.z.s.in singu.cxiij.incip.ad validitatẽ. Attamen teneas menti perpetuo q̃ qñ fides testis est ab vtraq̃ parte approbata in tali teste non requiritur iuramentum z valet eius dictum sine iuramẽto.Ita singu.dixit Bar.in.l. lucius.in fi. ver bis.ff.de fideiuss.alleg.no.in.l.j.§.j.ff.de fer.Quod dictum pro valde no.refert z sequit dicẽs illud nõ legisse alibi Jaso.in repe.l. admonẽdi.in.xlvj.col ff.de iureiu.qõ dicit no.esse ad limitationẽ d.l.iurisiurãdi.cũ si.z illud dictũ Bar.etiã pro no.refert z sequitur idẽ Jas.in.§.itẽ si quis.in.xij.col.insti.de act.z vide que dixi.s.in singu.ccccxxxiij.incip.alꝫ tibi dixi zc.

461 ¶ Regulariter stante semiplena probatione in causis non magnis nec arduis deferꝛ iuramẽtum in supplementũ probationis: vt late habetur per omnes in.l.admonẽdi.ff.de iureiu.z in.l.in bonefidei.C.de rebus cre.Sed scias tu qõ tale iuramẽtum in supplemẽtum probationis non differtur etiaz stante semiplena probatione q̃ verisimiliter debẽt posse inueniri plures testes illius rei. Ita no.dixit Bar.in.d.l.admonẽdi.in.xij.colũ.in ver.Item hoc intelligo verum.z idem voluit Bald.in.d.l.in bonefidei.z in repe.l.de quibus.in.xxij.col.ff.de legi.quos refert z sequitur Alexã. in consi.suo.cccclvj.incip.viso processu cause.in vlti. col. pro quibus facit glo.no.in.c.statutum.in.§.cum vero.in verbo saltez.de rescrip.in.vj.q̃ dixit qõ iuramẽto nõ credit nisi in defectũ aliarum probationum.

probationum.quam glos.refert ꝛ approbat Bal.in.l.j.in.j.col.C. de rebus cre.Tene menti:quia vidi hoc in facto in palatio potestatis non sunt adhuc tres dies ꝛc.

462 ¶ Notario non creditur nisi de his que coram eo fiunt qñ celebratur actus vel cõtractus:vt late tradũt scribentes in.c.qm̃ contra.extra de proba.Et ideo teneas mẽti vnum perpetuo qõ si notarius hodie cõficit instrumẽtum mutuꝛ asserit ꝙ heri in sua presentia fuit numerata pecunia nihil ꝓbat de numeratione:qꝛ tpe numerationis nõ fuit rogatus de ipsa numeratione:sed hodie,ꝛ nõ põt attestari in instrumẽto nisi de visis tpe rogatiõis. Et ideo licet falsum dicat non punit de falso.qꝛ loquit vt priuata psona. Jta no.dixit Bal.in.l.ex his.in.ĩ.col.C.de testa.mili.qõ dictum provalde no.refert ꝛ sequit.d.Feli.in.c.si cautio.in.xxiĩ.col.ver.ꝛ vnũ perpetuo nota.de fide instru.vbi dicit qõ istud dictuꝫ nunq̃ exeat mentem tuam.ꝛ vide que dixi.s.in singu.ccccxv.incip.iurameñtũ ꝛc.ꝛ Soci.in cõsi.xcv.incip.in causa.in.j.col.in.iĩ.vo.Alex. consi.xx.incip.viso.in.iĩ.col.in.vj.volu.ꝛc.

463 ¶ Rigoꝛ iuris ciuilis in pluribus moderat ab eqtate iuris canonici.ꝛ hoc patet.nã de iure ciuili ille q nõ opponit exceptionẽ nõ nu.pecu.j.bienniũ,vlterius nõ audit illã opponẽdo. text. est vulgatus in.l.in cõtractibus.C.de nõ nu.pe.ꝛ ibi habetur p oẽs. attamẽ de eqtate iuris canonici audit etiã post biẽniũ volẽs probare pecuniã nõ fuisse numeratã. Jta dixit Dy.in regula locupletari.de reg.iur.in.vj.quẽ refert ꝛ sequit Lu.ro.in.l.diuortio.ff. de verb.obli.ꝛ in cõsi.suo.xliĩ.inci.ex.s.narrato.in.j.col.ꝛ Ange.in cõsi.cliĩ.inci.videt prima frõte.ꝛ voluit.d.An.ꝛ Jo.de imo.in.c. ſ.in pe.charta.extra de sol.ꝛ volunt alĩ plures doc. in alĩs locis quos accurate refertꝛ sequit.d.Feli.in.c.si cautio.in.xix.col.versi. modo fallit primo.de fi.instru. ꝛ Moderat etiaꝫ in alio.Nã tu scis qõ vbi est dies ꝛ pena nõ admittitur moze purgatio:vt late habet in.l.magnã.C.de cõtrahẽ.ꝛ cõ.stipu.ꝛ in.l.traiectitie.in.ſ.de illo. ff.de act.ꝛ obl.ꝛ habet latissime in.l.si insulã.ff.dever.obli.ꝛ ibi dicit Ang.ꝙ debitoꝛ obligatus ex instrumẽto publico si cõuenitur nõ põt morã purgare si extat statutum quẽ debere cogi ad obseruãtiã promissoꝛũ p instrumẽtũ guarẽtigiatũ. qõ dictũ ibi refert ꝛ sequit Alex.in.j.col.Attamẽ de eqtate canonica est ꝙ morã põt purgari etiã vbi interuenit iuramentũ. Jta dixit Bal.in.l.q crimen.in.xj.q.C.qui accu.non pos.qõ dictũ approbat Alexã.in.l.si qs maioꝛ.C.de trãsac.vbi ad hoc etiã alleg.d.Ant.ꝛ Joã.de imo. in.c.dilecti.de arbi.volẽtesqõ de iure canonico seu de equitate iuris canonici mora semp possit purgari si aduersari⁹ nõ fit passus damnũ propter morã.ꝛ idem videtur velle Bal.in.l.si pacto quo penã.in pe.col.C.de pac.Et ita tenuit auũculus meus.d. Hiero. de zanetinis in repe.c.j.de accu.in.lv.differentia inter ius canonicum ꝛ ius ciuile.ꝛ ibi ipse allegat.d.Alex.pro hac parte cõsuluisse in cõsi.suo.cclxvj.incip.Videndum est igitur ꝛc.in secunda char. de quo latius per.d.Philip.decium qui predicta refert in consi. suo.cxxxviĩ.in.iĩ.colũ.ꝛ faciunt optime dicta per eũ in cõsi.cxlvj. in fi.j.colũ.vbi ponit an emphiteota qñ soluit canonem debito tempoze possit purgare morã. Jtem etiã in alio equitas iuris canonici moderatur rigoꝛem iurisciuilis. Nam tu scis qõ de iure ciuili incertitudo vitiat omnem obligationem ꝛ omnẽ dispositionẽ vt latissime dixi in repe.mea rub.C.de proba.in fi.tĩ de equitate canonica potest compelli promissoꝛ vt arbitrio boni viri adimpleat ꝓmissa incerta. Jta fin.dixit Archi.in.c.nõnulli.j.q.j.quez refert ꝛ sequitur domi.An.in.c.ex parte extrã de censib. quos refert ꝛ sequitur.d.Alexã.in.l.j.in.vj.col.ff.so.ma.vbi dicit ꝙ nõ recordat hoc dictũ vidisse apud legistas relatũ preterq̃ a Bal.in.l. salariũ.ff.mã.de quo latiꝰ satis dixi in fin.meo.ccxxiĩ.inci.nõnulla dedi tibi singularia vbi videas.Et in materia equitatis.vide que dixi in.l.j.ſ.fi.in.xiĩ.col.ver.ꝛ ad hoc diceñ.ff.de qõ.Et scias etiã ꝙ equitas nõ conuenit iudeis.ꝛ ideo illis nõ est seruanda fm gl. in.c.ĩ.extra de iudeis.de quo latius per Jas.in repeti.l.admonẽdi.in.cviĩ.col.de iureiuran.

464 ¶ Ex pacto nudo nõ oritꝛ actio.l.iurisgentiũ.in.ſ.sed cũ nulla.ff.de pac.Et idẽ dicas esse in promissione nuda.ar.d.ſ.Et ideo scias ꝛ mẽti teneas vnũvcz ꝙ si aliquis peteret a me ꝙ donarẽ sibi vestẽ ꝛ ego rñdidi nõ tm̃ vestẽ sed oĩa q̃ habeo ꝙ talis rñsio seu pmissio me non obligat in aliquo. Jta probat tex.ꝛ hoc ibi voluit Joã.and.Bald.et alĩ in.c.cũ venissent.circa me.extra de insti.et hoc etiã expresse voluit Lud.ro.in repe.rub.ff.de arbi.in.iĩ.colũ. vbi allegat Bal.in.d.c.cũ venissent.quẽ refert Jas.in.l.ex his verbis ante fi.C.de testa.mili.Et pro istis facit nã licet cõfessio sit magni effectus ꝛ importãtie,tñ quilibet cõfessus nõ põt ex sua cõfessione cõdẽnari qõ patet ex his q̃ dixit Alb.de rosa.in.ĩ.parte statu.in.q.clxviĩ.incip.Jtẽ quero de eo ꝛc.vbi dixit ꝙ sepe in castris seu villis sunt statuta ꝙ qñ fit estimũ quilibet debeat iurare ꝛ dicere oĩa bona sua ꝛ et debita si habet:mõ aliqs iurauit se debere Titio.ꝛ.que vere sibi nõ debebat,modo ille Titius virtute illi⁹ cõfessionis ꝛ iuramenti vult petere dicta.ꝛ.queritur an possit,arguit ad partes sed finaliter dicit ꝙ nõ poterit petere dicta.ꝛ.nazꝫ dicit ꝙ nõ est reperire ꝙ ex tali iuramẽto oriaꝫ alteri actio cũ nõ fit delatũ a iudice nec a parte parti vt requirit ad hoc vt ex iuramẽto oriaꝫ actio.de quo ibi latius per eũ.facit etiã optime dictuꝫ Saly.in.l.vnica.in.viĩ.col.C.de cõfes.vbi dicit,aliquis petebat a me mutuo.ꝛ.ego volens me excusare a tali mutuo dico nõ habeo immo si haberẽ pecunias restituerem.ꝛ.isti Seio presente cuius sum debitoꝛ ex mutuo,certe per hoc nõ potero cõueniri a dicto Seio.ad qõ adducit ibi Saly.plures rõnes ꝛ plura iura de quib⁹ ibi per eũ.vide tñ no.ꝛ sing.tex.in.l.desideriũ.ꝛ que ibi dicit Bal. C.depos.Et licet credã predicta esse vera tñ tales cõfessiones periculose sunt ꝛ possent dare maximũ fastidium confitentis.Et in materia vide Bertha.in repertorio suo in ver.verba contrahentium.in penul.ꝛ vlti.versi.

465 ¶ Aliqua sunt prohibita in vita q̃ tñ cõceduntur in moꝛte.et hoc apparet.nã prohibitus alienare rẽ nõ est prohibitus illã relinquere in testamẽto vel in alia vltima volũtate.ita dixit Ang. in cõsi.suo.lvĩ.inci.dña Andrea suã ꝙdidit testamẽtũ ꝛc. quẽ refert ꝛ approbat.d.Alex.plura addẽdo in cõsi.suo.cliĩ.inci.visis ꝛ accurate ꝛc.in.ĩ.vo.de quo etiã per scrib.post Bar.in.l.pater in ſ.fundũ.ff.de lega.iĩ.ꝛ per Soci.in cõsi.cclj.incip.qm̃ in presenti ꝛc.in.ĩ.iĩ.ꝛ.iiĩ.col.et in cõsi.xix.incip.pro declaratione.ante fi.et per Bal.in consi.suo.cĩ.incip.verba statuti ꝛc.in.j.col.in.j.vol.et per Jas.in.l.nõ dubium.in.j.colum.C.de testa.et per.d.Philip. decium in cõsi.suo.xviĩ.inci.circa primũ.in.vj.col.Jtẽ hoc eiiam apparet.nã licet adultus habens curatoꝛẽ nõ possit in vita alienare res immobiles sine autoꝛitate curatoꝛis ꝛ decreto iudicis: vt in.l.lex que tutoꝛes.C.de admi.tu.et.l.magis puto.ff.de re.eo. tñ adultus in testamẽto põt dare licentiã executoꝛibus suis alienãdi res immobiles sine curatoꝛe ꝛ sine decreto iudicis.ita dixit Bal.in.l.[illegible]ĩ.C.qñ decre.opus nõ est.ꝛ in.l.j.in prin.ff.de reb. eo.qõ dicit Jas.esse mirabile ĩ.l.si frater.in fi.C.qui testa.face.pos. Et idem dixit Alexan.in consi.ccxv.inci.ponderatis ꝛc.in.j.col. in.vj.volumi.

466 ¶ Qm̃ multi sunt notarĩ noĩe/pauci vero re et intelligentia. Jdeo nõ est mirandũ si sepe reperiunt multi errozes in instrumẽtis ipsoꝝ notarioꝝ ex quibus inter ptes oriunt lites ꝛ discordie. Et ideo scias ꝙ si notarius in prothocollo aliquid scripsit ꝛ illud postea cancellauit:ꝛ postea in margine scribit hoc fuit cassuꝫ seu cãcellatũ de volũtate partiũ nec de tali cancellatione ibi apponit testes ꝙ hoc casu nõ credit notario ꝛ talis cancellatio nõ valet et ea nõ obstãte põt inde sumi publicũ instrumẽtũ. Jta multuꝫ no. dixit Jo.an.in addi.Specu.in titu.de instru.edi. in.ſ.ostenso.in viĩ.col.in addi.incip.dixit Rolandinus ꝛc.vbi plura iura ꝛ rationes allegat pro hoc dicto:qõ dictũ refertꝛ sequitur.d.Anto.in.c. cum.Ph.tabellio.in vlti.colum.de fi.instru.ꝛ Abb.in consilio.suo xxxiiĩ.inci.Super qõnis materia.in.ĩ.colũ.in fĩ.volu.ꝛ.d.Alex. in consi.suo.lix.incip.Viso processu.in antepe.colum.in prin.in ĩ.volu.vbi refert alios approbantes hoc dictũ.ꝛ refert etiã Bal. tenere cõtrartũ.sed respõdit ꝛ finaliter tenet cũ Joan.an.in loco prealleg.ꝛ idem tenet Jas.in.l.si vnus.in fi.C.de testa.ꝛ ibi refert Pau.de cast.dicentem ita obtentum esse in facto in hac ciuitate Bononie.Tene menti:quia prima fronte videretur ex pluribus diceñ.contrarium.ꝛ vide Bal.in rub.C.de fide instrumen.in.viĩ. colum.ver.modo incidit ꝛc.

467 ¶ Viget statutũ fere per oẽs ciuitates Jtalie ꝙ inter affines de litibus,qõnibus seu differentijs fiat cõpromissum,qõ etiam est cautum de iure cõmuni:vt habet in.l.congruentius.C.de pa.po. Sed scias ꝙ tale statutũ nõ semper habet locũ:nã qñ agit coram iudice ordinario extra cõtractũ vel ex instrumẽto iurato ꝛ re⁹ cõuentus post oppositiões p eũ factas petit cõpromissuꝫ fieri virtute dicti statuti tũc nõ habebit locũ dictũ statutũ.qꝛ petẽdo cõpromissum reus incideret in periurium ꝛ nõ est verisimile ꝙ de tali casu statuẽtes cogitauerint. Jta no.dixit Pau.de ca.in cõsi.suo.lxviĩ. inci.visis ꝛ ꝙsideratis oĩbus.qõ dictũ pro no.refert ꝛ sequit Alex. in cõsi.suo.xxxviĩ.inci.viso ꝛ oportune discusso ꝓcessu.in.x.col.in ĩ.vo.ꝛ Jas.in.c.elegãter.ĩ.ĩ.col.ff.de cõdi.inde.de quo ego dixi in repe.mea.l.fi.C.de ꝓba.in.xxxiiĩ.char.Jtẽ nec ꝓdictũ statutũ hz locũ qñ res de qua petit cõpromissum esset liquida.fm Bar.in.l. ille aut ille.ſ.cũ i verbis.ff.de le.iĩ.vbi dicit ꝙ si statutũ dicit ꝙ iudex reneat mittere causaꝫ ꝙ filio sapiẽtis,ꝙ tale statutũ nõ habet locũ qñ res est clara vel liquida:qõ dictũ refertꝛ sequitur Alexan. in cõsi.suo.cxlv.incip.viso processu.in vlti.col.in.v.volu.qõ etiam voluit Bald.in.l.j.C.de rela.ꝛ Bald.Paul.de cast.et Fulg.in.l. placet.C.de sa.san.ec.et voluit Jas.in.d.l.eleganter.in.ĩ.colum. vbi dicit idem esse si ex forma statuti vel consuetudinis litere cãbũ haberent executionem paratam. alleg.ad hoc Ange.in.l.ita stipulatus.ſ.grisogonus.ff.de ver.obliga.Et subdit generaliter loquendo quod istud procedit vbicunq̃ quis habet aliquam exceptionem impedientem litis ingressum.ad quod alleg.Bald. Salyce.et Fulg.in.l.fratris per illum text.vbi etiam Alexan.C. de transactioni.et Bald.in.l. fi index in fin. ff. de his qui sunt

sui vel alie.iur.ꝛ Lu.ro.in repe.rub.ff.de arbi.in.xvij.col.qꝫ etiã voluit Feli.in.c.sicut in.j.col.de re iu.ꝛ in.c.inter monasterium.in xv.col.eo.ti.vbi latius loquit in materia. Adde qꝫ predictũ statutũ nõ hz locũ cõtra illũ q hz instrumẽtũ habẽs executionẽ paratã vel sniam fz Bar.in.l.ambitiosa.in.v.col.ff.de decre.ab or.fa.ꝛ in l.si causa cognita.vbi etiã p alios.C.de trãsac.ꝛ in.l.post rem.ff.de trãsa.ꝛ Lud.ro.in.d.repe.rub.ff.de arbi.in.xvij.col.ꝛ volũt cano. in.c.exposita.de arbi.ꝛ Jo.de imo.in.c.super eo.ad fi.de transa.ꝛ Jas.in.d.l.eleganter.ꝛ Ang.in.d.l.post rem.ꝛ Alex.in cõsi.lxxxij. incip.in cã.in vlti.col.in.j.vol. Videas tñ omnino Soci.predicta restringentẽ multũ no.in cõsi.suo.iiij.inci.visis lactis.in.j.vol.vbi dicit qꝫ predicta pcedũt qñ instrumẽta guarẽtigiata sunt clara ꝛ aperta.secus si aliquo mõ vel ex aliqua cã reddunt obscura.qꝛ tũc nõ hz locũ predictũ statutũ.alle. Abb.in.c.cũ olim.de ver.sig.vbi no. loquit in materia.pro quo faciũt optime dicta p eundẽ Soci. in cõsi.suo.lj.inci.prestãtissime doctor.in.ij.col.in.j.vo. Jtẽ predictũ statutũ non hz locũ vbi esset questio de articulo meri iuris.qꝛ nulla subest cõpromittẽdi rõ cũ ius habeat illã causam p decisa.si tñ habuit mixturã iuris ꝛ facti tũc põt cogi ad cõpromissum.ita dixit Bal.in.l.cũ proponas.C.de iureiur.ꝛ in.l.ancille in.j.col.C. de fur.ꝛ Soci.in cõsi.suo.lj.inci.prestãtissime doctor.in.ij.col. in.j. vo.ꝛ Alex.cõsi.lxij.inci.visa facti in.ij.col.in.ij.volu.ꝛ in cõsil.lxij. inci.in cã in.ij.col.in.vij.volu. Jtẽ predictũ statutũ nõ habet locũ in causis criminalibus existẽtibus inter affines.ita no.dixit Jnn. Jo.an.ꝛ Abb.in.c.irrefragabili.in.§.ceterũ.de offi.or. Jtẽ nõ ha bet locũ dictuz in.q.tutele. nam affines nõ poterunt cogi vigore talis statuti facere cõpromissum de tali lite seu differentia.ita no. dixit Bal.in.l.pretor ipse.ff.de tu.ꝛ cu.da.ab his. Jtẽ dictũ statutũ nõ vẽdicat sibi locũ in cã appellationis:sed solũ in causa princi pali. Jta dixit Pau.de cast.in cõsi.suo.lxxv.incip.qꝫ in cã appel lationis.ꝛ eñ sequit Alexã.in.l.si causa cognita.in vlti.colũ.C.de trãsa.ꝛ in cõsi.lxxxij.inci.in causa vertẽte in.iij.col.in.j.volu.ꝛ in cõsi.suo.ccxcvj.incip.diuini numinis ꝛc.videt prima cõsideratio ne diceñ in.iij.colũ. Jtẽ p dictũ statutũ nõ arctat clericos. Jta di xit Bal.in cõsi.suo.cvij.incip.dictat statutũ.in.vj.vol.ꝛ Alexã.in cõsi.suo.ccx.inci.visa facti narratiõe ꝛc.in.v.col.in.ij vol.vbi alle gat aliosad hoc,qꝫ dicit pcedere etiã in clericis in minorib⁹ cõsti tutis de quo ibi n eũ.de quo etiã p Soci.i cõsi.lxxj.inci.circa ꝛc.in iij.vo. An aũt tale statutũ habeat locũ qñ alig sunt fratres legiti mi ꝛ aliqui nõ legitimi qui habẽt litem insimul.vide Pau.de ca. in cõsi.clxxxiij.inci.in causa q̃vertit.in.j.col.ꝛ.d.Feli.in prohe.de creta.in.iij.col.ante fi.Alex.cõsi.lx.incip.visa legitimatione.in.ij. volu. Jtẽ an habeat locũ in emãcipatis.vide Jas.no.loquentẽ.in l.qui se patris.in.xxvij.col.in ver.ij. ✠ C.vñ lib. Jtẽ an habeat lo cum in legitimatis.vide Pau.de cast.in cõsi.lxix. incip.sup eo ꝛc. Jtem an habeat locũ in minore.vide Bal.in.j.cõstitutione.C.in §.qbus. Jtẽ scias qꝫ stante predicto statuto. Si vnus ipsorũ affi niũ dicit rem esse liquidã.ideo nõ esse fiẽdũ cõpromissum. Alius dicit immo rẽ nõ esse liquidã.isto casu sup hoc an res sit liqda vel non debebit fieri cõpromissum.ita dicit Bart.in.l.si quis in con scribendo.per glos.ibi.C.de pac.ꝛ ibi clarius hoc firmat Pau.de cast. Raph.Alex.ꝛ Jas.ꝛ voluit Cepo.in cõsi.suo.x.inci.non pu tet aliqs ꝛc.in vlti.col.ꝛ in cõsi.lxxiij.inci.viso statuto ꝛc.in.ij.col. Scias etiã in materia ista qꝫ stante dicto statuto iudex nõ pote rit cõpellere partes ad fiendum cõpromissum nisi hoc petatur ab altera ipsaꝝ partiũ. Jta dixit.d.Anto.in.c.venerabilis.de excep. quẽ refert ꝛ sequit Alex.in cõsi.suo.lxxxij.inci.in causa.in pe.col. in.j.volu.ꝛ Jas.in.d.l.eleganter.in.ij.colũ.ff.de cõdi.indebi. Et vt plene habeas materiam dicti statuti scias qꝫ qñ dictũ statutum arctat aliquos ad cõpromissum tũc a laudo dato põt appellari li cet regulariter a snia arbitri nõ appelletur:vt in.l.diẽ proferre.§. stari.ff.de arbi.tex.est in.c.ab arbitris.de offi.deleg.in.vj.in fi.ꝛ ibi Bar.C.de iudi.ꝛ voluit Bart.in.d.§.stari.ꝛ in.d.l.j.in.ij.col.C. de pericu.ꝛ cõmo.rei ven.ꝛ in.l.venales.C.qñ prouo.nõ est neces. de quo etiam per eũ in.l.quid ergo.§.ex cõpromisso.ff.de his q not. infa.ꝛ p Pe.de ancha.in.d.c.ab arbitris.ꝛ per Bal.in.c.cũ vigesi mũ.de offi.dele.ꝛ per doc.in.c.suspitiones.de offi.deleg.ꝛ p Bar. in.l.j.§.qui prouocauit.in.xj.col.ff.de pac.ꝛ in.c.irrefragabilis.§. ceterum.de offi.ordi.ꝛ p Bald.in rubri.extra de arbi.in.vij.colũ.ꝛ per Lu.in.l.arbitro.ff.qui satis.cog.ꝛ in.l.admonendi.in.xj.colũ. ff.de iureiur.ꝛ per Jmol.in.l.j.in.viij.colũ.ff.solu.ma.ꝛ per Bart. in prohe.C.ꝛ in.l.nemo potest.ff.de leg.j.ꝛ in.l.si quis maior.C.de transactio. Item scias qꝫ dictum statutum volens qꝫ inter affi nes fiat compromissum de litibus ꝛ differentiis inter eos verten tibus dicitur fauorabile ſm Jas.in.l.q se patris in.xxvij.ꝛ.xxviij. col.C.vnde lib. Et qñ semel vigore dicti statuti est factum cõpro missum qꝫ expirauit an iterũ possint cogi partes ad compromit tendum.vide que dixi in singu.meo.clxxij.incip.habeo nũc ꝛc.vbi satis late circa hoc locutus sum. Scias etiam circa hanc materiã dicti statuti qꝫ stãte predicto qꝫ inter affines fiat compromissum si vnus ipsorum affinium cedat iura sua que habet cũ affine alicui alteri qꝫ etiam ille cessionarius tenebitur facere compromissum sicut tenebatur ipse cedens ne ille affinis efficiatur deterioris cõ ditionis per talem cessionem. Jta dixit Bal.in.l.si post diuortiũ. per illum tex.ff.solu.matri.quem refert ꝛ sequitur.d.Phi.decius in cõsi.suo.lix.inci.licet in casu ꝛc.in.iij.col. Ultimo pro nunc,qñ vigore dicti statuti possit peti fieri compromissum an post cõclu sionem in causa vel qñ colligitur ex dictis per iudicẽ quem sniam ferri velit. Jta dixit.d.Lanfran.de Brixia.in tract.suo de arbi.in vlti.ver.ad qꝫ vide que dixi in.l.maritus.in.iij.ꝛ.v.col.ff.de que stio.ꝛ Rapha.cu.in consil.suo.lxxxv.incip. q̃uis de iure cõi.ante fi.ꝛ Pau.de cast.in.l.si velut.C.de compensa.ꝛ idem dixit Alexã. in consi.lxij.incip. In causa ꝛc.in.ij.colũ.in.vij.volu. Tene menti predicta.quia nõ possent esse magis quotidiana.ꝛ no.q̃ sunt nec alibi ista simul inuenies ꝛc.

468 ¶ Sciunt cõiter iurisperiti qꝫ vbi est dies ꝛ pena non admitte tur more purgatio:vt late habetur in.l.magnam.C. de contrahẽ. ꝛ cõmit.stipu.ꝛ in.l.traiecticie.in.§.dẽ illo.ff.de act.ꝛ ob.ꝛ latissi me in.l.insulaz.ff.de verbo.obli.ꝛ dixi.ſ.in fin.cccclxiij.inci.rigor ꝛc. Tamen sciastu qꝫ ista regula nõ habet locũ in cõtractu pigno ris,nam si sum debitor tuus in certa q̃titate ꝛ dem tibi pignus cũ pacto qꝫ si tali tẽpore nõ dedero tibi tuam pecuniam q̃ habeas pignus insolutum:certe si non soluero tibi pecuniam debito tem pore pignus nõ erit tuum:sed ego potero moram purgare ꝛ dare tibi pecuniam tuã ꝛ nõ habebis pignus insolutum.ita not.dixit Ange.in.l.cũ dñam.C.de pig.ad qꝫ alleg.tex.quem dicit vnicum ꝛ singularẽ in.l.calipodius.aꝰ incipit q̃uis.ff.de solu. Tene mẽti quia est casus quotidianus ꝛ vtilis.qꝛ qñq̃ pignora sunt magni valoris ꝛ maioris q̃ sit debitum.

469 ¶ Dixit profecto no.verbũ Jo.an.in addi Spec.in ti.de obli. ꝛ sol.sup rub.in.j.col.vcz qꝫ propter illã regulam qꝫ circuitus est euitandus de qua in cle.auditor.de rescri.ꝛ in.l.dñs testamẽto.ff. de cõdi.inde.qꝫ ille qui promisit se obligaturum ad.x.põt statim ad.x.conueniri absq̃ alia obligatione etiam euitari circuitus.qꝫ dictum refert ꝛ sequitur Alex.in.l.cũ fundus.in.§.seruum tuum imprudens.in.j.not.ff.si cer.pe.ꝛ Jas.in.d.l.dñs testamento.ff de cõdi.indebi.vbi ambo dicunt qꝫ est multuz no.verbum.qꝛ multi cõtrarium dicerent. Et licet predicti excellentissimi doc.sequant hoc dictum,tñ illud nunq̃ mihi placuit et semper de eo dubitaui eo quia statutum seu lex loquens in vendente nõ habet locum in faciente pactũ de vendendo.scõm Jac.bu.in.l.j.C.de pac.pig.vbi dicit qꝫ si statuto cauetur q̃ de venditione soluatur gabella q̃ nõ soluetur si fuerit factum pactum de vendendo.quia aliud est ven dere ꝛ aliud facere pactum de vendendo.pro quo facit in ar.l.am plius non peti.ff.rem ra.ha.vbi dicitur qꝫ aliud est agere et aliud est velle agere.ꝛ pro istis faciunt alia plura not.adducta ad hoc propositum per.d.Ant.corse.in notabilib.suis in ver. statutum. in.ij.ver.incip.statutum loquens ꝛc.quem omninovideas.ꝛ ideo cogita an sit vera illa doctrina Joã.and.in loco preallegato.quia apud me dubia est.ꝛ vide etiam Bald.in repeti.l.ij.in.xxxix.colũ. ver.considera:quia longe ꝛc.ff.de iureiur.ꝛ Alex.cõsi.clxviij.inci. stantibus veris.in.vj.volu.

470 ¶ Habens domũ diruptam ex qua perducitur difformitas in ciuitate tunc dñs ipsius domus si non habet vnde reficiat potest cogi ad vendendum alteri qui sit potens ad reficiendum:ꝛ si eam iusto precio vendere non potest non cogitur ad vendendum sed licite poterit a republica petere tantum quantum sufficiat ad re parationem domus. Jta singulariter dixit Spe.in tit.de satisda. §.hoc quoq̃.vbi allegat aliqua iura de quibus ibi per eum.qꝫ di ctum pro valde no.refert ꝛ sequitur.d. Bartho.cepo.in tractatu suo de seruitutibus vrba.predio.in.lix.rubri.vcz de refectione in j.col.vbi dicit qꝫ hoc dictum refert ꝛ sequitur Lu.ro.in singulari bus suis. Tene menti quia est not.verbum,nescio tamen si data accidentia facti obseruaretur a superioribus.

471 ¶ Sepe cõtingit qꝫ cõtractus fiunt sine notario sed partes cõ trahentes inter se faciunt scripturam priuatam conuentionis et obligationis inite inter eas.ꝛ quia accidit qñq̃ vnus ipsorũ con trahentium nescit scribere facit qꝫ vnus tertius scribit pro eo de mandato suo ꝛ illa scriptura obligat ipsum mandantem tanq̃ si eam scripsisset:vt no.in.l.diuus.in.§.senatus.ff.de falc.ꝛ ideo di xit Semi.in.c.si pro te.in prin.de rescrip.in.vj.qꝫ stante statuto q̃ quis non audiatur seu nõ admittatur ad excipiendũ contra suaz scripturam.habet locum etiam si scriptura nõ esset confecta ma nu propria ipsius sed alterius eo mandante de quo tamen dicto dubitauit.d.Feli.in.c.inter.in.iij.colũ.de re iu. Sed queri potest an tali casu credatur tali tertio qꝫ scripserit de mãdato talis. In quo dicas qꝫ non:qꝛ est dictum vnius solius qꝫ nõ probat. Jta fi naliter cõcludit Joã.de imo.in cõsi.suo.xcj.incip. In causa q̃ ver titur.in.j.col.qꝫ est not.quia est quotidianum:de quo etiam dixi in repeti.mea rub.C.de probatio.in.lviij.colũ.vbi videas aliqua circa hanc materiam.ꝛ vide Alex.consi.xxxiij.inci.Viso processu. in vlti.colum.in.vj.volu.

¶ Clausula

472 ¶ Clauſula rato manente pacto operatur vt ſors ꝛ pena poſſit peti ꝛ non tantum ſemel ſed pluries ab illo qui conuenit inſtrumẽto, vt habetur per omnes in l. cũ pponas. ꝛ in l. ſi quis maior. C. de tranſac. ꝛ in l. qui fidem. ff. eo. de qua clauſula etiam habetur per Barto. in l. ij. in fi. C. de iure emphyt. ꝛ in l. cum pactum. in. ſ. libertus. ff. de lega. iij. et per Joan. de imol. in c. potuit. in xiij. col. ver. et nota bene glo. extra de loca. glo. et Barto. in l. fi. ff. de eo qõ cer. lo. et per quendam Moder. do. Vitalem de cambanis in ſuo tracta. clauſularuz. in. j. charta. in. iij. colũ. vbi nota. loquitur. ꝛ habetur per Lorſe. in conſilio ſuo. lj. incipien. In hac conſultatione. in. ij. ꝛ iij. colũ. in. j. volu. Scias tamen qõ pena conuentionalis nõ committitur ꝛ peti non poteſt niſi ſemel etiam ſi in contractu ſit appoſita clauſula rato manẽte pacto. Jta ſingulariter dixit Bal. poſt Specu. in addi. in titu. de loca. in. v. colũ. in fi. in ver. incipien. pena legalis. qõ eſt no. cum in contractibus ſepius apponat pena conuentionalis ꝙ legalis vel ſtatutaria: et tali caſu dicta clauſula nihil operabitur.

473 ¶ Demini me als in aliquibus operibus meis plura dixiſſe in materia notarij, vt apparet in repeti. mea rubr. C. de proba. in. xlj. colũ. cum tribus col. ibi ſequentibus. et in. l. j. in. ſ. ſi quis dicatur. in. v. colũ. et in. l. pe. in princi. ff. de qõni. ꝛ in rub. ff. de fal. in. vij. col. et in practica mea cauſarum criminalium in pluribus locis, vt videri poteſt in tabula ipſius practice. in ver. notariũ. Sed vltra ea que dixi in dictis locis ſcias qõ quando notorie apparet ſentẽtiã eſſe iniuſtã debet reuocari non obſtante qõ ab ea nõ fuerit appellatum. Jta ſingu. dixit Innocẽ. in. c. fraternitatis. de frigi. ꝛ male. quem refert ꝛ ſequitur ibi do. Abb. ꝛ etiam in. c. ij. de purga. vulg. pro quo facit tex. in. c. inter ceteras. de re iudi. vbi habetur qõ notorietas iniuſtitie reddit ſentẽtiam nullam. et ibi etiã Abb. refert et ſequitur illud dictum Jnno. et no. Abb. illum text. ad vnũ, vcz ꝙ ſententia cõtinens iniquitatem eſt ipſo iure nulla. ad quẽ vide etiam Car. in. c. cum Bertoldus. de re iudi. et Hoſti. in. c. fi. de pbẽ. et do. Ant. in. c. ſuam. de penis. ꝛ Abb. in. c. nouit. de iudi. et vide not. glo. in. d. c. fraternitatis. in verbo, per errorem. et Hoſtiẽ. in. c. ij. de arbi. et Bald. in. l. vnica. C. ſi de momen. poſſ. fue. app. ꝛ cano. in. c. interpoſita. de app. Bar. in. l. j. in prin. ff. de ope. no. nũ. Ang. in. l. ſi pars. ff. de inoffi. teſt. et Abb. in. d. c. inter ceteras. ꝛ Lorſe. in nota. ſuis in litera S. in notabili. incipien. Sentẽtia poteſt reuocari ꝛc. in not. ibi ſeq. incipi. Si notorie ꝛc. et ad predicta etiam faciunt dicta per Abb. in diſputa. incipi. Stante ſtatuto condito in Jtalia. in. viij. colũ. et Spec. in titu. de execu. ſenten. in. ſ. fi. in. iij. colũ. in ver. illud autem queritur ꝛc. Jtem adde hic qõ ſententia cuius euidens eſt iniquitas ex tenore ſententie vel ex actis ꝛ que per victorias dolum ꝛ obreptionem obtenta eſt per ſuperiorẽ omi modo retractando eſt ſaltem ſupplicationis auxilio cum appellationis vel reſtitutionis via nequeat ſubueniri. Jta dixit Joã. de imol. in conſilio ſuo. cxlvij. incip. In cauſa ꝛc. in penul. colũ. ad qõ allegat Jnno. in. c. cum dilecta. de reſcript. ꝛ in. c. cũ Bertoldus. de re iudi. et ibi Hoſti. et Jo. de ligna. in cle. paſtoralis. de re iud. Jtẽ adde qõ in notorijs iniuſtũ videtur ineptuz. Jta dixit Bal. in. l. j. in. v. col. in fi. C. ne ex delic. defun. et in reperto. ſuo. inver. notoriũ. in antepenult. ver. de quo etiam per do. Nico. millum. in reperto. ſuo. in. litera S. in. vj. colũ. in. v. no. Et circa ſupradictam materiã de notoria iniuſtitia vide do. Feli. in. c. conſanguinei. in. j. colũ. de re iudi. ꝛ in. c. inter monaſterium. in. xviij. colũ. de re iudi. vbi dicit qõ iniuſtitia equiparatur nullitati. ad qõ allegat Jnno. in. d. c. cũ Bertoldus. et vide etiam. d. Feli. in. c. fi. in. ij. colũ. de re iudi. ꝛ vide not. verba Alexã. in cõſilio. xxxix. incipi. ſtantibus. in. v. col. in. vj. volu. et in conſilio. xcj. incipiẽ. in cauſa. in. j. colũ. in eodem volu. et ibi in conſilio. clxxxiij. incipien. in cauſa et lite. in fi. pe. colũ. Tenementi predicta: quia ſunt practicabilia, ꝛ ego in hac materia pluries conſului ꝛ ore tenus allegaui.

474 ¶ Contractus ſimulatus firmatur iuramento. ſm glo. ſingularem in. l. emptione. C. plus valere ꝙ agitur. quã ibi ſequitur Bal. Sali. ꝛ alij. et idem tenet Bal. p illam glo. in. l. j. in ver. modo ſolet dubitari ꝛc. et in. l. nec patronus. inver. in his etiam. C. de ope. lib. et Pau. de caſt. et alij poſt Bar. in. l. ſi quis pro eo. ff. de fide. ꝛ in. l. cõtra leges. ff. de legi. et cano. in. c. cum contingat. de iureiuran. in quibus locis etiam dicunt qõ in tali caſu nõ requiritur abſolutio a iuramento. de quo etiam dixi. ſ. in ſingu. cccxxvij. incip. excipio. Limita tñ oia predicta, niſi in tali ꝓtractu eſſet appoſitũ iuramẽtum omnia cõtenta in tali inſtrumento fuiſſe ꝛ eſſe vera: quia tũc non poſſet cõueniri tali inſtrumẽto ratione ſimulationis cũ tunc nõ preſumatur ſimulatus ſed verus. ita dixit. d. An in. c. cũ cõtingat. in. viij. caſu. et ibi Joã. de imol. in. vj. mẽbro principali. et do. Abb. ibi in ver. decimus caſus. de iureiurã. ꝛ Abb. in diſputa. ſua incip. ſtatuto ciuitatis Senarum. in ver. decimus caſus. et Bal. et Sali. in. l. fi. C. de non nu. pecu. ꝛ Joã. de imol. in. l. nemo põt. ff. de legi. quos refert ꝛ ſequitur Soci. in cõſilio ſuo. lxxxiij. incipi. Pro certo. in. ij. col. in. iij. volu. et idem tenet do. Alexã. in. d. l. nemo poteſt. in. vj. colũ. et Joã. de imol. in. c. ad noſtram. ante fi. de empt. et ven. et do. Bartho. cepo. in tracta. ſuo de ſimula. contractuum. in vij. pſumptione. in. ij. colũ. ad que oĩa vide Alexã. omnino in conſilio. xxxvj. incip. Viſo themate. in. ij. col. in. ij. volu. vbi no. loquit. Et iſtud ſepiſſime occurrit in facto: qz multotiens contrahentes ponunt iuramentum in contractibus.

475 ¶ Non eſt tibi nouum vt puto ꝙ heres et defunctus cenſentur vna ꝛ eadem pſona, vt in auth. de iureiurã. a morie. preſti. in princi. de quo latius per Alexan. in cõſilio. xviij. incipiẽ. Attentis ꝛc. in vlti. colũ. in. v. volu. et p Soci. in cõſilio ſuo. xxiij. incipi. Preſens conſultatio ꝛc. in. ij. colũ. in. iij. volu. et per do. Philip. decium in conſilio. cclxij. incipi. In cauſa. in. ij. colũ. Et ſcias qõ adeo eſt verũ hoc ꝙ ſi quis vendit rem et pmittit ſolum pro ſuo dato vel facto tantum ꝙ nihilominus tenebitur etiam de facto illius cuius eſt heres. Jta not. dixit. d. Alexã. in cõſilio ſuo. cxviij. incip. Attentis narratis. in ✳ colũ. in. vj. vol. ad qõ allegat Barto. in. l. ſi ſeruus. la. ij. in princi. per glo. ibi. ff. de condi. fur. et Bal. in. l. ſi. C. de actio. emp. vbi dicit ꝙ ſi quis pmittit de ſuo dato ꝛ facto vel de ſuo dato vel faciendo tantũ ꝙ tenebitur etiam de facto heredis: quia illa dictio tantũ videtur adiecta ſolum ad excludendas pſonas extraneas: de quo latius per ipſum Alexan. in. d. conſilio. cxviij. et vide etiam eum in alio ſuo conſilio. clxxij. incipiente, In cauſa ꝛ lite. in vlti. colũ. in. vj. volu. ꝛ. d. Philip. deciũ in cõſilio. cclxxxj. incipien. Viſo puncto. in. ij. ꝛ iij. colum. Et vide omnino. j. in ſingula. 546. incip. Licet heres ꝛc.

